‘hae thermae maiōres sunt quam thermae Pompēiānae!’

servī cum magnā difficultāte Cogidubnum in balneum dēmittere 5
coepērunt. maximus clāmor erat. rēx prīncipibus mandāta dabat.
prīncipēs libertōs suōs vituperābant, libertī servōs.

tandem rēx, ē balneō ēgressus, vestīmenta, quae servī tulerant,
induit. tum omnēs fontī sacro appropinquāvērunt.

‘ubi est pōculum?’ rogāvit Cogidubnus. ‘nōbīs decōrum est 10
aquam sacram bibere. aqua est amāra, sed remedium potentis-
simum.’

secūtus *habiendo seguido*

difficultāte: difficultās *difficultad*

dēmittere *hacer bajar*

amāra: amārus *amargo*

haec verba locūtus, rēx ad fontem sacrum prōcessit. Cephalus, quī anxius tremēbat, prope fontem stābat, pōculum ōrnātissimum tenēns. rēgī pōculum obtulit. rēx pōculum ad labra sustulit. subitō 15 Quīntus, pōculum cōspicātus, manum rēgis prēnsāvit et clāmāvit, ‘nōlī bibere! hoc est pōculum venēnātum. pōculum huius modī in urbe Alexandriā vīdī.’

‘longē errās’, respondit rēx. ‘nēmō mihi nocēre vult. nēmō umquam mortem mihi parāre temptāvit.’ 20

‘rēx summae virtūtis es’, respondit Quīntus. ‘sed, quamquam nūllum perīculum timēs, tūtius est tibi vērū scīre. pōculum īnspicere velim. dā mihi!’

tum pōculum Quīntus īnspicere coepit. Cephalus tamen pōculum ē manibus Quīntī rapere temptābat. maxima pars 25 spectātōrum stābat immōta. sed Dumnorix, prīnceps Rēgnēnsium, saeviēbat tamquam leō furēns. pōculum rapuit et Cephalō obtulit.

‘facile est nōbīs vērū cognōscere’, clāmāvit. ‘iubeō tē pōculum haurīre. num aquam bibere timēs?’


Cephalus pōculum haurīre nōluit, et ad genua rēgis prōcubuit. 30 rēx immōtus stābat. cēterī prīncipēs lībertum frūstrā resistentem prēnsāvērunt. Cephalus, ā prīncipibus coāctus, venēnum hausit. deinde, vehementer tremēns, gemitum ingentem dedit et mortuus prōcubuit.

labra *labios*

prēnsāvit: prēnsāre *agarrar, asir*

genua *rodillas*

coāctus: cōgere *obligar, forzar*



Hígado de bronce en el que están señaladas las distintas zonas que debía examinar el harúspice.

epistula Cephalī

postquam Cephalus periit, servus eius rēgī epistulam trādīdit, ā Cephalō ipsō scrīptam:

‘rēx Cogidubne, in maximō periculō es. Memor īnsānit. mortem tuam cupit. iussit mē rem efficere. invītus Memorī pārui. fortasse mihi nōn crēdis. sed tōtam rem tibi nārrāre velim. 5

ubi tū ad hās thermās advēnistī, remedium quaerēns, Memor mē ad villam suam arcessīvit. villam ingressus, Memorem perterritum invēnī. attonitus eram. numquam Memorem adeō perterritum videram. Memor mihi,

“Imperātor mortem Cogidubnī cupit”, inquit. “iubeō tē hanc 10 rem administrāre. iubeō tē venēnum parāre. tibi necesse est eum interficere. Cogidubnus enim est homō ingeniū prāvī.”

Memorī respondī,

“longē errās. Cogidubnus est vir ingeniū optimī. tālem rem facere nōlō.” 15

Memor irātus mihi respondit,

“scelestē! libertus meus es, et servus meus erās. tē liberāvī et multam pecūniam dedī. mandāta mea facere dēbēs. cūr mihi obstās?”

rēx Cogidubne, diū recūsāvī obstinātus. diū beneficia tua 20 commemorāvī. tandem Memor custōdem arcessīvit, quī mē verberāvī. ā custōde paene interfectus, Memorī tandem cessī.

ad casam meam regressus, venēnum invītus parāvī. scrīpsī tamen hanc epistulam et servō fidēlī trādīdī. iussī servum tibi epistulam trādere. veniam petō, quamquam facinus scelestum parāvī. Memor 25 nocēns est. Memor coēgit mē hanc rem efficere. Memorem, nōn mē, pūnīre dēbēs.’

īnsānit: īnsānīre *estar loco*

beneficia *favores*

facinus *crimen, atentado*

coēgit: cōgere *obligar, forzar*

Gramática

- 1 Ya te has encontrado el plural de nombres neutros como ‘nōmen’ y ‘templum’:

sunt multa **templa** in hāc urbe.

Hay muchos templos en esta ciudad.

libertus **nōmina** prīncipum recitāvit.

El liberto leyó en voz alta los nombres de los jefes.

- 2 Observa atentamente el nominativo y el acusativo de los nombres neutros siguientes:

	<u>singular</u>		<u>plural</u>	
	<i>nominativo</i>	<i>acusativo</i>	<i>nominativo</i>	<i>acusativo</i>
2. ^a declinación	templum	templum	templa	templa
	aedificium	aedificium	aedificia	aedificia
3. ^a declinación	nōmen	nōmen	nōmina	nōmina
	caput	caput	capita	capita
	mare	mare	maria	maria

- 3 Aquí tienes algunos ejemplos más:

- 1 aedificium erat splendidissimum.
- 2 ubi haec verba audīvit, Memor tacēbat.
- 3 fēlēs caput hominis rāsīt.
- 4 Cephalus cōnsilium subitō cēpit.
- 5 haec cubicula sunt sordidissima.
- 6 servī pōcula ad prīncipēs tulērunt.

Una vez leída esta historia, contesta a las preguntas del final.

Britannia perdomita

Salvius cum Memore anxius colloquium habet. servus ingressus ad Memorem currit.

servus: domine, rēx Cogidubnus hūc venit. rēx togam praetextam ōrnāmentaque gerit. magnum numerum mīlitum sēcum dūcit. 5

Memor: rēx mīlītēs hūc dūcit? togam praetextam gerit?

Salvius: Cogidubnus, nōs suspicātus, uliōnem petit. Memor, tibi necesse est mē adiuvāre. nōs enim Rōmānī sumus, Cogidubnus barbarus.
(*intrat Cogidubnus. in manibus epistulam tenet, ā Cephalō 10 scrip̄tam.*)

Cogidubnus: Memor, tū illās īnsidiās parāvistī. tū iussistī Cephalum venēnum comparāre et mē necāre. sed Cephalus, libertus tuus, mihi omnia patefēcit.

Memor: Cogidubne, id quod dīcis, absurdum est. mortuus est 15 Cephalus.

perdomita: perdomitus *subyugado, sometido*

suspiciātus *habiendo sospechado de*

uliōnem: uliō *venganza*

patefēcit: patefacere *revelar*

absurdum: absurdus *absurdo, disparatado*



Cogidubnus: Cephalus homō magnae prūdentiae erat. tibi nōn crēdidit. invītus tibi pārui. simulac mandāta ista dedistī, scrīpsit Cephalus epistulam in quā omnia patefēcit. servus, ā Cephalō missus, epistulam mihi 20 tulit.

Memor: epistula falsa est, servus mendācissimus.

Cogidubnus: tū, nōn servus, es mendāx. servus enim, multa tormenta passus, in eādem sententiā māsīt.

Salvius: Cogidubne, cūr mīlītēs hūc dūxistī? 25

Cogidubnus: Memorem ē cūrā thermārum iam dēmōvī.

Memor: quid dīcis? tū mē dēmōvistī? innocēns sum. Salv- . . .

Salvius: rēx Cogidubne, quid fēcistī? tū, quī barbarus es, haruspīcem Rōmānum dēmōvēre audēs? nimium audēs! tū, summōs honōrēs ā nōbīs adeptus, 30 numquam contentus fuistī. nōs diū vexāvistī. nunc dēnique, cum mīlitibus hūc ingressus, perfidiam apertē ostendis. Imperātor Domitiānus, arrogantiam tuam diū passus, ad mē epistulam nūper mīsīt. in hāc epistulā iussit mē rēgnum tuum occupāre. iubeō tē 35 igitur ad aulam statim redīre.

Cogidubnus: ēn iūstītia Rōmāna! ēn fidēs! nūllī perfidiōrēs sunt quam Rōmānī. stultissimus fuī, quod Rōmānīs adhūc crēdidī. amīcōs meōs prōdidī; rēgnum meum āmīsī. ōlim, ā Rōmānīs dēceptus, ōrnāmenta honōrēsque 40 Rōmānōs accēpī. hodiē ista ōrnāmenta, mihi ā Rōmānīs data, humī iaciō. Salvī, mitte nūntium ad istum Imperātōrem, ‘nōs Cogidubnum tandem vīcimus. Britannia perdomita est.’

(senex, haec locūtus, lentē per iānuam exit.)

45

falsa: falsus falso

tormenta tortura

passus habiendo sufrido

eādem la misma

dēmōvī: dēmōvēre destituir

perfidiam: perfidia perfidia

apertē a las claras, abiertamente

rēgnūm reino

occupāre apoderarse de, ocupar

ēn iūstītia! ¡he ahí la justicia!

fidēs lealtad, formalidad

perfidiorēs: perfidus pérfido, desleal

adhūc hasta ahora

prōdidī: prōdere traicionar

vīcimus: vincere vencer

- 1 Cuando Mémor y Salvio tienen noticias de la llegada de Cogidubno, ¿piensan éstos que es una visita de rutina o una visita especial? ¿Qué es lo que los hace pensar de ese modo?
- 2 ¿Qué razón aduce Salvio para decir que Mémor debe ayudarle frente a Cogidubno?
- 3 ¿Cómo ha descubierto Cogidubno el complot para envenenarlo?
- 4 ¿Qué medida ha tomado Cogidubno contra Mémor? ¿Es o no una medida prudente?
- 5 ¿Qué palabra de la línea 29 usa Salvio en oposición a «barbarus» de la línea 28?
- 6 ¿Qué órdenes dice Salvio que ha recibido recientemente? ¿De quién provienen esas órdenes?
- 7 ¿Por qué Cogidubno arroja al suelo sus «ōrnāmenta»?

Ejercicios

- 1 Observa con atención la forma y el significado de los nombres y de los verbos siguientes y di el significado de las palabras que no lo tienen. Los verbos están en infinitivo; en algunos de ellos se ofrece también, entre paréntesis, el participio perfecto pasivo.

arāre	arar	arātor	arador, labrador
pingere (pictus)	pintar	pictor	pintor
vincere (victus)	vencer	victor	
emere (ēemptus)		ēemptor	comprador
praecurrere	correr delante	praecursor	
dūcere (ductus)	conducir	ductor	
legere (lēctus)		lēctor	lector
gubernāre	pilotar	gubernātor	
amāre	amar	amātor	
spectāre		spectātor	
favēre		fautor (que se escribía en latín arcaico «favitor»)	

Di el significado de los nombres siguientes:

dēfēnsor, oppugnātor, vēnditor, saltātor, prōditor

2 Completa estas oraciones con la palabra correcta y tradúcelas:

- 1 nōs ancillae fessae sumus; semper in villā (labōrāmus, labōrātis, labōrant)
- 2 'quid faciunt illī servī?' 'saxa ad plaustrum ' (ferimus, fertis, ferunt)
- 3 filius meus vōbīs grātiās agere vult, quod mē (servāvimus, servāvistis, servavērunt)
- 4 quamquam prope āram, sacrificium vidēre nōn poterāmus. (stābāmus, stābātis, stābant)
- 5 ubi prīncipēs fontī, Cephalus prōcessit, pōculum tenēns. (appropinquābāmus, appropinquābātis, appropinquābant)
- 6 in maximō periculō estis, quod filium rēgis (interfēcimus, interfēcistis, interfēcērunt)
- 7 nōs, quī fontem sacrum numquam, ad thermās cum rēge ire cupiēbāmus. (vīderāmus, vīderātis, vīderant)
- 8 dominī nostrī sunt benignī; nōbīs semper satis cibī (praebēmus, praebētis, praebent)

3 Traduce los verbos de la columna de la izquierda y luego, poniendo en esa misma persona y número el verbo que está entre paréntesis, forma una frase con éste último y el infinitivo de aquéllos. Vuelve a traducir. Por ejemplo:

respondēmus. (volō) Pasa a: respondēre volumus.

Respondemos. *Queremos responder.*

festīnat. (dēbeō) Pasa a: festīnāre dēbet.

Se da prisa. *Debe darse prisa.*

Los presentes de «volō» y de «possum» los tienes en la pág. 174 (Suplemento Lingüístico); «dēbeō» es un verbo regular de la 2.^a conjugación como «doceō» (ve el Suplemento Lingüístico, p. 170).

- 1 dormītis. (dēbeō)
- 2 sedēmus. (volō)
- 3 pugnat. (possum)
- 4 labōrant. (dēbeō)
- 5 revenīmus. (possum)
- 6 num nāvigās? (volō)

- 4 Completa cada una de estas oraciones con el participio más apropiado de los que se te ofrecen en la relación y luego tradúcelas:

locūtus, ingressus, missus, excitātus, superātus

- 1 Cogidubnus, haec verba, ab aulā discessit.
- 2 nūntius, ab amīcīs meīs, epistulam mihi trādidit.
- 3 fūr, villam, cautē circumspectāvit.
- 4 Bulbus, ā Modestō, sub mēnsā iacēbat.
- 5 haruspex, ā Cephalō, invītus ē lectō surrēxit.

La religión romana

Las narraciones de las Escenas 22 y 23 han hecho referencia a dos circunstancias concretas en las que la religión desempeñaba un papel importante en la vida del romano. En la Escena 22, Bulbo pretendía obtener la ayuda de los dioses contra su enemigo Modesto por medio de una «defixio»; en la 23, Mémor desempeñaba sus obligaciones de harúspice, o adivino, dirigiendo una ceremonia de sacrificio y ordenando el examen de las entrañas de la víctima. Este era uno de los procedimientos que utilizaban los romanos para tratar de predecir el futuro y para descubrir los designios que les depararían los dioses. El enfermo que abrigaba la esperanza de curarse, el general que se disponía a afrontar una batalla y el mercader que estaba a punto de emprender un largo viaje de negocios, todos ellos solían consultar a un harúspice para tratar de descubrir las posibilidades de salir con éxito en su trance.

Entonces se sacrificaba un animal al dios o diosa correspondiente; se tenía la esperanza de que esto agradara a dicha divinidad y la indujera a contemplar favorablemente al autor del sacrificio. El harúspice y sus ayudantes debían observar todo el proceso cuidadosamente: la forma de desplomarse de la víctima, el humo y las llamas desprendidos por los trozos de la misma quemados en el fuego del altar y, sobre todo, el examen de las entrañas del animal, especialmente el hígado. Trataban de buscar alguna ca-

racterística del mismo, en lo referente a tamaño o configuración, que resultara inusual. También observaban su color y su textura, y si tenía o no manchas en la superficie. Luego interpretaban lo que habían descubierto en él y anunciaban a la persona que ofrecía el sacrificio si los signos de los dioses eran o no favorables.

Tales tentativas por descubrir el futuro recibían el nombre de adivinación. Otro tipo de adivinación lo ponían en práctica otros sacerdotes llamados augures que fundamentaban sus predicciones en la observación del vuelo de las aves. Estos sacerdotes debían observar la dirección de su vuelo, si volaban juntas o separadas, o la clase de aves que eran e incluso los ruidos que hacían.

La religión romana encerraba otras muchas creencias, costumbres y ceremonias, producto de su desarrollo a lo largo de muchos siglos. Los romanos antiguos, al igual que muchos pueblos primitivos, creían que todas las cosas estaban controladas por espíritus a los que ellos llamaron «nūmina». Estos primeros romanos habían contemplado el fuego y habían quedado aterrados, por su poder abrasador y destructor, e impresionados porque simultáneamente servía para cocinar, protegerse del frío y alumbrarse. Habían experimentado asimismo la sucesión inalterable del día y de la noche y de las estaciones del año, pero eran incapaces de explicar sus causas científicamente. Por eso no es de extrañar que creyeran que el poder de los «numina» era algo que actuaba sobre la vida de las personas e inmediatamente cayeron en la cuenta de que era importante que los «numina» utilizaran su poder de actuación para hacer el bien mejor que para causar daño. Por este motivo los romanos primitivos los agasajaban con ofrendas de alimentos y de vino. En épocas señaladas del año, tales como la siembra o la recolección, se mataba un animal y se ofrecía en sacrificio a los «numina». De este modo se fueron desarrollando ceremonias y rituales en determinadas épocas del año y las comunidades comenzaron poco a poco a elaborar calendarios que las recordaran.

Cuando los romanos entraron en contacto con el mundo griego, comenzaron a darse cuenta de que sus espíritus de naturaleza un tanto indefinida eran imaginados por los griegos como dioses todopoderosos que no sólo tenían nombre y configuración física

sino características humanas. El espíritu romano protector de las cosechas de cereales, llamado precisamente Ceres, fue identificado con la diosa griega Deméter, madre de todo alimento vivificante. Los griegos contaban historias (mitos) sobre sus dioses que servían para explicar de una manera más viva el funcionamiento del mundo. Por ejemplo, decían que la hija de Deméter, Perséfone, había sido raptada por su terrible tío Dis, soberano del Infierno, y sólo se le permitía regresar a la tierra durante seis meses al año. Así fue como se utilizó un mito para explicar el renacer de la naturaleza cada primavera: en cuanto regresaba Perséfone cada año, Deméter ponía fin a sus penas y permitía que rebrotara la vida en el campo.

Los romanos estuvieron también en contacto con los etruscos, pueblo poderoso que vivió en la zona costera occidental del centro de Italia al norte de Roma. De ellos tomaron los romanos la práctica de la adivinación, de la que hemos hablado antes.

El culto a los dioses y la práctica de la adivinación se convirtieron en los rasgos fundamentales de la religión estatal romana. Los rituales y ceremonias eran organizados por los «colegios», o cofradías, de sacerdotes y de otros funcionarios religiosos romanos que se encargaban de celebrar fiestas y sacrificios en nombre del Estado. El emperador retenía siempre el cargo de «Pontifex Maximus» o Sumo Pontífice. Se prestaba también mucha atención a los detalles del culto. Había que pronunciar correctamente cada palabra, pues de otro modo había que comenzar de nuevo toda la ceremonia; actuaba también un flautista para ahogar los ruidos y los gritos que se pensaba que no eran propicios para el ritual. Todo el que presenciara la ceremonia tenía que permanecer inmóvil y callado, como hace Planco en la historia de la Escena 17.

Aparte de estas ceremonias públicas, muchos ciudadanos siguieron conservando la práctica del culto privado. Este incluía ofrendas a Vesta, el espíritu del hogar, y a los lares y penates, espíritus protectores de la familia y de la despensa respectivamente. Tales prácticas eran probablemente más frecuentes en las zonas rurales que en la propia Roma. El cabeza de familia (paterfamiliās) era el encargado de officiar los ritos y de entonar las

súplicas. Incluso en estos actos religiosos había que realizarlo todo correctamente y muchas oraciones romanas están redactadas de manera que hubiera absoluta seguridad de que no se olvidaba o se omitía, por error, a ningún dios. Era también importante dirigirse al dios o a la diosa concreta por su nombre apropiado, como vemos en este ejemplo sacado de un poema de Catulo:

Tú eres invocada como Juno Lucina
por las parturientas en medio del dolor,
tú eres llamada Trivia poderosa
y Luna de luz prestada.
... que se te venere con el nombre
que te agrade...

Catulo se estaba dirigiendo, en realidad, a la diosa Diana, pero utilizó algunas de sus otras advocaciones para asegurarse de que la diosa atendería a sus súplicas.

Los romanos sentían la propensión a contemplar la oración como un medio para solicitar de los dioses sus favores y solían acompañar sus súplicas de promesas de ofrendas si se les otorgaba lo que pedían. Estas promesas se llamaban «vōta». No sería exagerado decir que muchos romanos consideraban la religión como una especie de «transacción comercial» con los dioses.



Cabeza de la diosa Minerva

Una expresión común de las súplicas era «dō ut dēs» («Te doy para que me des»).

Cuando los romanos llegaron a Britania, se encontraron con que la religión celta era muy parecida a sus creencias primitivas en los «numina». Bajo la influencia romana, los celtas comenza-

ron a identificar sus espíritus con los dioses romanos, de la misma manera que los romanos habían adoptado los dioses griegos varios siglos antes. La inscripción siguiente es un buen ejemplo de lo que estamos diciendo: «Peregrino, hijo de Segundo, de Tréveris, a Marte Loucecio (Loucetius) y a Nemetona, de buen grado y con buen motivo cumplió su promesa». En esta inscripción se presenta, como vemos, al dios romano Marte y al dios celta Loucecio (Loucetius) como un único dios con un solo nombre, exactamente igual que Sulis y Minerva se habían convertido en una diosa única en Aquae Sulis. Los romanos no intentaron convertir a los celtas a la religión romana. No obstante, sabían que, identificando a los dioses romanos con los celtas, alentarían a los britanos a aceptar el dominio romano más fácilmente.

Otro rasgo de la religión romana que aspiraba a fomentar la aceptación del dominio romano fue el culto al emperador. En la propia Roma, el culto al emperador contaba con la desaprobación oficial. No obstante, los pueblos de las provincias orientales del Imperio habían contemplado a sus reyes y a sus gobernantes como personajes divinos y estaban asimismo dispuestos a rendir honores divinos a los emperadores romanos. Poco a poco los romanos fueron introduciendo también esta idea en occidente. Los britanos y otros pueblos occidentales fueron alentados a rendir culto al «genius» (espíritu protector) del emperador, vinculado con la diosa Roma. Se erigieron altares en honor de «Roma y el emperador». Cuando un emperador moría, era corrientemente deificado y en las provincias se solían construir templos en honor del emperador divinizado. Un templo de esta clase, el de Claudio en Colchester, fue destruido por los Britanos antes incluso de que se terminara de construir, durante la rebelión encabezada por la reina Boudica en el año 60 d. C. El historiador Tácito nos cuenta por qué:

«El templo dedicado al divino emperador Claudio les parecía a los britanos el símbolo de la eterna dominación y los sacerdotes escogidos para él usaban la religión como pretexto para derrochar sus fortunas».

No hay duda de que los britanos aceptaron a duras penas el culto al emperador en los primeros momentos.

Lista de control de vocabulario

administrō, administrāre,
administrāvī – *ocuparse de,*
dirigir, administrar

cēdo, cēdere, cessī –
irse, retirarse, ceder

clārus, clāra, clārum – *famoso*

commemorō, commemorāre,
commemorāvī,
commemorātus – *recordar,*
evocar, mencionar

cōspicātus, cōspicāta,
cōspicātum – *habiendo*
observado

cūra, cūrae – *cuidado*

enim – *en efecto, pues*

errō, errāre, errāvī –
equivocarse

gerō, gerere, gessī, gestus –
llevar

honor, honōris – *honor, cargo*

iaciō, iacere, iēcī, iactus – *arrojar*

immōtus, immōta, immōtum –
inmóvil

induō, induere, induī, indūtus –
ponerse

ingenium, ingenī – *carácter*

locūtus, locūta, locūtum –
habiendo hablado

mandātum, mandātī –
instrucción, orden

modus, modī – *modo, manera,*
especie

rēs huius modī – *una cosa de*
este tipo

nimium – *demasiado*

numerus, numerī – *cantidad,*
número

ōrnō, ōrnāre, ōrnāvī, ōrnātus –
adornar, decorar

pāreō, pārēre, pārūī – *obedecer*

potēns, *gen.* potentis – *poteroso*

prāvus, prāva, prāvum – *malvado,*
perverso

regressus, regressa, regressum –
habiendo regresado

scio, scīre, scīvī – *saber*

tālis, tāle – *tal*

tamquam – *como*

umquam – *alguna vez*

venēnum, venēnī – *veneno*

venia, veniae – *indulgencia, perdón*

Escena 24



fuga

in itinere



Modestus et Strȳthiō, ex oppidō Aquīs Sūlis ēgressī, Dēvam equitābant. in itinere ad flūmen altum vēnērunt, ubi erat pōns sēmirutus. cum ad pontem vēnissent, equus trānsīre nōluit.

‘equus trānsīre timet’, inquit Modestus. ‘Strȳthiō, tū prīmus trānsī!’ 5

cum Strȳthiō trānsiisset, equus trānsīre etiam tum nōlēbat. Modestus igitur ex equō dēscendit. cum dēscendisset, equus statim trānsiit.

‘eque! redī!’ inquit Modestus. ‘mē dēseruistī.’

equus tamen in alterā rīpā immōtus stetit. Modestus cautissimē 10 trānsīre coepit. cum ad medium pontem vēnisset, dēcidit pōns, dēcidit Modestus. mediīs ex undīs clāmāvit,

‘caudicēs, vōs pontem labefēcistis.’

Dēvam *al/hacia* Chester
altum: altus *profundo*

sēmirutus *medio derruido*
labefēcistis: labefacere *derribar*,
quebrantar, derruir

Una vez leída esta historia, contesta a las preguntas que le siguen.

Quīntus cōnsilium capit

cum Cogidubnus trīstis īrātusque ē villā Memoris exiisset, Salvius mīlītēs quīnquāgintā arcessīvit. eōs iussit rēgem prīncipēsque Rēgnēnsium comprehendere et in carcere retinēre. hī mīlītēs, tōtum per oppidum missī, mox rēgem cum prīncipibus invēnērunt. eōs statim comprehendērunt. Dumnorix tamen, ē manibus mīlitum 5 ēlāpsus, per viās oppidī noctū prōcessit et Quīntum quaesīvit. Quīntō enim crēdēbat.

cubiculum Quīntī ingressus, haec dīxit:

‘amīce, tibi crēdere possum. adiuvā mē, adiuvā Cogidubnum. paucīs Rōmānīs crēdō; plūrimī sunt perfidī. nēmō quidem perfidior 10 est quam iste Salvius quī Cogidubnum interficere nūper temptāvit. nunc Cogidubnus, ā mīlitibus Salvīi comprehēnsus, in carcere iacet. Salvius crīmen maiestātis in eum īferre cupit. rēx, in carcere inclūsus, omnīnō dē vītā suā dēspērat.

‘tū tamen es vir summae virtūtis magnaēque prūdētiaē. 15 quamquam Salvius potentissimus et īfestissimus est, nōlī rēgem dēserere. nōlī eum, ab homine scelestō oppugnātum, relinquere. tū antea eum servāvistī. nōnne iterum servāre potes?’

cum Dumnorix haec dīxisset, Quīntus rem sēcum anxius cōgitābat. auxilium Cogidubnō ferre volēbat, quod eum valdē 20 dīligēbat; sed rēs difficillima erat. subitō cōnsilium cēpit.

‘nōlī dēspērāre!’ exclāmāvit. ‘rēgī auxilium ferre possumus. hanc rem ad lēgātum Gnaeum Iūlium Agricolam clam referre dēbēmus. itaque nōbīs festīnandum est ad ultimās partēs Britanniae ubi Agricola bellum gerit. eī vērā patefacere possumus. Agricola sōlus 25 Salvīo obstāre potest, quod summam potestātem in Britannīā habet. nunc nōbīs hinc effugiendum est.’

Dumnorix, cum haec audīvisset, cōnsilium audāx magnopere laudāvit. tum Quīntus servum fidissimum arcessīvit, cui mandāta dedit. servus exiit. mox regressus, cibum sex diērum Quīntō et 30

Dumnorigī trādidit. illī, ē villā ēlāpsī, per viās dēsertās cautē prōcessērunt.

villam Memoris praetereuntēs, Quīntus et Dumnorix duōs equōs cōspexērunt, ad pālum dēligātōs. Quīntus, quī fūrtum committere nōlēbat, haesitāvit.

35

Dumnorix rīdēns ‘nōlī haesitāre’, inquit. ‘hī sunt equī Salvīi.’

Quīntus et Dumnorix equōs cōnscendērunt et ad ultimās partēs īnsulae abiērunt.

carcere: carcer *prisión, cárcel*
 ēlāpsus *habiendo escapado*
 quidem *ciertamente, sin duda*
 crīmen maiestātis *crimen de lesa majestad*
 īferre *echar, presentar, llevar*
 inclūsus *encerrado*
 omnīnō *completamente*
 sēcum ... cōgitābat *meditaba*
 diligēbat: diligere *apreciar, considerar*
 nōbīs festīnandum est *debemos ir a*
 toda prisa
 ultimās: ultimus *más lejano*
 bellum gerit: bellum gerere *hacer*
 la guerra

potestātem: potestās *poder*
 magnopere *grandemente, mucho*
 fīdissimum: fīdus *leal, fiel*
 diērum: diēs *día*
 praetereuntēs: praeterīre *pasar por*
 delante de
 pālum: pālus *poste, estaca*
 fūrtum *robo, hurto*
 committere *cometer*
 haesitāvit: haesitāre *dudar, vacilar*
 cōnscendērunt: cōnscendere *montar,*
 subir

- 1 ¿Cuántos soldados hace venir Salvio? ¿Qué les ordena que hagan?
- 2 ¿Qué príncipe britano logra escapar? Este busca la ayuda de alguien. ¿De quién? ¿Por qué?
- 3 ¿Qué otras medidas pretende tomar Salvio contra Cogidubno?
- 4 ¿A qué hechos se está refiriendo Dumnorix cuando dice «tū anteā eum servāvisti» (líneas 17-18)?
- 5 ¿Qué sugiere Quinto? ¿Por qué piensa que Agrícola puede detener a Salvio?
- 6 ¿Para cuántos días llevaban comida Quinto y Dumnorix? ¿Cómo se hicieron de caballos?
- 7 ¿Por qué Quinto apoya a un rey y a un príncipe britanos en lugar de apoyar a su compatriota Salvio?

Gramática

- 1 Observa con atención las oraciones siguientes:

cum Modestus ad pontem **advēnisset**, equus cōstitit.

Habiendo llegado Modesto al puente, el caballo se detuvo.

cum coquus omnia **parāvisset**, mercātor amīcōs in triclinium dūxit.

Habiéndolo preparado todo el cocinero (o «Cuando el cocinero lo había preparado todo», etc.) el mercader condujo a sus amigos al triclinio.

El tiempo de los verbos que están en negrita es el *pretérito pluscuamperfecto de subjuntivo*.

- 2 Este tiempo se usa mucho precedido de la conjunción «cum» («cum» histórico o narrativo). Se puede traducir por gerundio compuesto o por «cuando», «después que», etc. (según contexto).

- 3 Aquí tienes otros ejemplos:

1 cum rēx exiisset, Salvius milītēs ad sē vocāvit.

2 cum gladiātōrēs leōnem interfēcissent, spectātōrēs plausērunt.

3 cum dominus haec mandāta dedisset, fabrī ad aulam rediērunt.

4 fūrēs, cum cubiculum intrāvissent, tacitī circumspectāvērunt.

- 4 Todos los ejemplos anteriores contienen un *pretérito pluscuamperfecto de subjuntivo*. Compara las formas de este tiempo con las del pretérito pluscuamperfecto de indicativo.

*pt.º pluscuamperfecto
indicativo*

3.ª pers. singular

trāxerat

ambulāverat

dormīverat

voluerat

fuerat

pretérito pluscuamperfecto de subjuntivo

3.ª pers. sing.

trāxisset

ambulāvisset

dormīvisset

voluisset

fuisset

3.ª pers. plural

trāxissent

ambulāvissent

dormīvissent

voluissent

fuissent



Salvius cōnsilium cognōscit

postrīdiē mīlitēs Dumnorigem per oppidum quaerēbant. cum eum nusquam invenīre potuissent, rem dēnique Salvio nūtiāvērunt. ille, cum dē fugā Dumnorigis cognōvisset, vehementer saeviēbat; omnēs mīlitēs, quī Dumnorigem custōdīverant, poenās dare iussit. Quīntum quoque quaesīvit; invenīre tamen nōn poterat. tum 5 Belimicum, prīncipem Canticōrum, arcessīvit.

‘Belimice’, inquit, ‘iste Dumnorix ē manibus meis effūgit; abest quoque Quīntus Caecilius. neque Dumnorigī neque Quīntō crēdō. Quīntus enim saepe Dumnorigī favēbat, saepe cum eō colloquium habēbat. ī nunc; dūc mīlitēs tēcum; illōs quaere in omnibus partibus 10

oppidī. quaere servōs quoque eōrum. facile est nōbīs servōs torquēre et vērū ita cognōscere.’

Belimicus, multīs cum mīlitibus ēgressus, per oppidum dīligerter quaerēbat. intereā Salvius anxius reditum eius exspectābat. cum Salvius rem sēcum cōgitāret, Belimicus subitō rediit exultāns. 15 servum Quīntī in medium ātrium trāxit.

‘fūgērunt illī scelestī’, clāmāvit, ‘sed hic servus, captus et interrogatus, vērū patefēcit.’

Salvius ad servum trementem conversus,

‘ubi est Quīntus Caecilius?’ inquit. ‘quō fūgit Dumnorix?’ 20

‘nescio’, inquit servus quī, multa tormenta passus, iam vix quicquam dīcere poterat. ‘nihil scio’, iterum inquit.

Belimicus, cum haec audīvisset, gladium dēstrictum ad iugulum servī tenuit.

‘melius est tibi’, inquit, ‘vērū Salviō dīcere.’ 25

servus quī iam dē vītā suā dēspērābat,

‘cibum sex diērum tantum parāvī’, inquit susurrāns. ‘nihil aliud fēcī. dominus meus cum Dumnorige in ultimās partēs Britanniae discessit.’

Salvius ‘hercle!’ inquit. ‘ad Agricolam iērunt. Quīntus, ā 30 Dumnorige incitātus, mihi obstāre temptat; homō tamen magnae stultitiae est; mihi resistere nōn potest, quod ego maiōrem auctōritātem habeō quam ille.’

Salvius, cum haec dīxisset, Belimicō mandāta dedit. eum iussit cum ducentīs equitibus exīre et fugitīvōs comprehendere. servum 35 carnificibus trādīdit. deinde scrībā arcessīvit cui epistolam dictāvit. ūnum ē servīs suīs iussit hanc epistolam quam celerrimē ad Agricolam ferre.

intereā Belimicus, Quīntum et Dumnorigem per multōs diēs secūtus, eōs tandem invēnit. equitēs statim impetum in eōs fēcērunt. 40 amīcī, ab equitibus circumventī, fortiter resistēbant. dēnique Dumnorix humī cecidit mortuus; Quīntus vulnerātus magnā cum difficultāte effūgit.

torquēre *torturar*

reditum: reditus *regreso*

exultāns: exultāre *exultar, regocijarse*

conversus *habiēndose vuelto*

quicquam *algo*

dēstrictum: dēstringere *desenvainar*

iugulum *garganta, cuello*

fugitīvōs: fugitīvus *fugitivo*

scrībā: scrība *secretario*

Gramática

- 1 Desde el comienzo de esta Escena te has venido encontrando proposiciones con «cum» y *pretérito pluscuamperfecto de subjuntivo*:

senex, cum pecūniam **invēnisset**, ad villam laetus rediit.

Habiendo encontrado el anciano el dinero (o «después que el anciano hubo encontrado el dinero»), regresó contento a la casa.

cum rem **cōnfēcissent**, abiērunt.

Cuando hubieron terminado la tarea, se marcharon. (O «habiendo terminado...»).

- 2 Ahora observa atentamente los ejemplos siguientes:

cum custōdēs **dormīrent**, captīvī ē carcere effūgerunt.

Cuando (o «mientras») los guardianes dormían, los prisioneros se escaparon de la cárcel.

Modestus, cum in Britannīā **militāret**, multās puellās amābat.

Estando Modesto haciendo el servicio militar en Britania (o «cuando Modesto hacía el servicio militar en Britania»), amaba a muchas muchachas.

En estas proposiciones se usa «cum» con un tiempo diferente: el *pretérito imperfecto de subjuntivo*.

- 3 He aquí algunos ejemplos más:

1 cum hospitēs cēnam cōsūmerent, fūr cubiculum intrāvit.

2 cum prīnceps rem cōgitāret, nūntiī subitō revēnērunt.

3 iuvenēs, cum bēstiās agitārent, mīlitem vulnerātum cōspexērunt.

4 puella, cum epistolam scrīberet, sonitum mīrābilem audīvit.

- 4 Compara el pretérito imperfecto de subjuntivo con el infinitivo:

<i>infinitivo</i>	<i>pretérito imperfecto de subjuntivo</i>	
	<i>3.^a pers. singular</i>	<i>3.^a pers. plural</i>
trahere	traheret	traherent
ambulāre	ambulāret	ambulārent
dormīre	dormīret	dormīrent
velle	vellet	vellent
esse	esset	essent

Ejercicios

- 1 Observa atentamente la forma y el significado de las palabras siguientes y di el significado de las que no están traducidas:

volō	<i>quiero</i>	nōlō	<i>no quiero</i>
scīre	<i>saber</i>	nescīre	<i>no saber</i>
umquam	<i>alguna vez</i>	numquam	
usquam	<i>en alguna parte</i>	nusquam	
fās	<i>lícito</i>	nefās	
patiēns		impatiens	<i>que no soporta</i>
mortālis		immortālis	
sānus	<i>sensato, cuerdo</i>	īnsānus	
memor	<i>que se acuerda</i>	immemor	
fēlix		īnfēlix	<i>infeliz</i>
amīcus		inimīcus	
ūtilis		inūtilis	<i>inútil</i>
pavidus		impavidus	<i>impávido</i>
nōtus	<i>conocido</i>	ignōtus	
aequus	<i>igual, justo</i>	inīquus	
cōsentīre	<i>estar de acuerdo</i>	dissentīre	
facilis		difficilis	<i>difícil</i>
similis		dissimilis	<i>diferente</i>

Fíjate de nuevo en el significado de estas tres parejas de palabras que te has encontrado ya en los textos:

ōtium <i>ocio</i>	neg-ōtium «no-ocio», esto es, «trabajo», «ocupación», «negocio»
legere <i>leer,</i> <i>ocuparse de</i>	neg-legere «no ocuparse de», o sea, «descuidar»
homō <i>hombre</i>	nēmō «no-hombre», o sea, «nadie»

Di el significado de las palabras siguientes:

immōtus, incertus, incrēdibilis, indignus, ingrātus, nocēns

- 2 Con la ayuda del párrafo 5 de la página 167 (Suplemento Lingüístico), sustituye las palabras que están en negrita por la forma correcta del pronombre «is» y luego traduce. Por ejemplo:

Rūfilla in hortō ambulābat. Quīntus **Rūfillam** salūtāvit.

Esto pasa a:

Rūfilla in hortō ambulābat. Quīntus eam salūtāvit.

Rufila paseaba en el jardín. Quinto la saludó.

En algunas oraciones tendrás que buscar probablemente el género de algún nombre en la sección «Vocabulario» del Suplemento Lingüístico.

- 1 Quīntus mox ad aulam advēnit. ancilla **Quīntum** in ātrium dūxit.
 - 2 Salvius in lectō recumbēbat. puer **Salviō** plūs cibī obtulit.
 - 3 Rūfilla laetissima erat; marītus **Rūfillae** tamen nōn erat contentus.
 - 4 Britannī ferōciter pugnāvērunt, sed legiōnēs nostrae tandem **Britannōs** vīcērunt.
 - 5 barbarī impetum in nōs fēcērunt. **barbarīs** autem restitimus.
 - 6 multae fēminae prō templō conveniēbant. liberī **fēminarum** quoque aderant.
 - 7 in illō oppidō est fōns sacer; **fontem** saepe vīsītāvī.
 - 8 in Britannīā sunt trēs legiōnēs; imperātor **legiōnēs** iussit barbarōs vincere.
- 3 Completa estas oraciones con la palabra correcta y tradúcelas.
- 1 subitō ancilla in ātrium irrūpit. (perterrita, perterritae)
 - 2 rēx, postquam hoc audīvit, fabrōs dīmīsit. (fessum, fessōs)
 - 3 centuriō quī adstābat custōdēs laudāvit. (callidum, callidōs)
 - 4 omnēs cīvēs nāvem spectābant. (sacram, sacrās)
 - 5 ubi in magnō periculō eram, amīcus mē servāvit. (fidēlis, fidēlēs)
 - 6 ‘in illā īnsulā’, inquit senex, ‘habitant multī virī’ (ferōx, ferōcēs)

- 4 Inventa seis oraciones latinas sirviéndote de algunas de las palabras relacionadas aquí debajo. *Dos* de ellas no deben contener nominativos:

<i>nominativos</i>	<i>acusativos</i>	<i>dativos</i>	<i>verbos</i>
senātor	flōrēs	filiae	emō
centuriōnēs	dōna	uxōrī	emit
prīnceps	gladiōs	mīlitibus	emunt
nūntius	fēlem	agricolae	ostendō
amīcī	plaustra	dominō	ostendit
marītus	vīnum	hospitibus	ostendunt
puella	cībum	fēminīs	dat
iuvenēs	epistulās	imperātōrī	damus
virī	fūrem	carnificibus	dant
ancillae	cēram	servīs	trādit
			trāditis
			trādunt


Los viajes y las vías de comunicación

Viajar en el mundo romano, si lo contemplamos desde el punto de vista de la sociedad occidental actual, no era una empresa sencilla ni cómoda; no obstante, la gente viajaba mucho y el tráfico de mercancías a lo largo y ancho del imperio era bastante elevado. Todo ello fue posible gracias a la extraordinaria red de calzadas de trazado recto y de excelente firme que enlazaba las ciudades más importantes por el camino más corto posible. La gente viajaba a caballo, en carros o en otro tipo de vehículos de rueda e incluso a pie. Tales viajes estaban sólo condicionados por la resistencia física de la caballería o del propio viajero. Con carruaje el trayecto que se solía recorrer en una jornada era de unos 60 a 70 kilómetros, y en torno a unos 35 a pie.

Los terrenos por donde debía discurrir y la dirección que debía seguir una calzada romana eran fijados en primer lugar por los agrimensores. Para asegurarse de que cada tramo de calzada recorriera la distancia más corta practicable entre dos puntos, hacían sus anotaciones sirviéndose de señales hechas con humo de hogueras encendidas en los lugares más altos. Con todo, a veces los valles fluviales y las montañas infranqueables obligaban a desviar el rumbo de la vía, que una vez superado el obstáculo, solía recuperar su dirección original. Una vez elegido el trazado de la futura calzada, se levantaba un terraplén, llamado «agger»,



Fotografía aérea de una calzada romana, que nos muestra un desvío de su rumbo para salvar un valle escarpado.




Corte transversal que muestra la estructura de una calzada romana

que servía de sólido cimiento. El «agger» solía medir de 1,2 a 1,5 m. de altura y en él se empotraba una primera capa de piedras voluminosas. Esta se recubría con otra capa de piedras más pequeñas, de cascajo y de arena; y por último, la capa exterior iba revestida de materiales locales: grandes losetas de piedra, piedras pequeñas o escoria procedente de las minas de hierro. El firme exterior tenía una estructura combada para permitir un drenaje eficaz. A ambos lados del «agger» se excavaban también unas cunetas con el mismo fin. Las calzadas se construían generalmente con una técnica y una minuciosidad grandes, lo que ha permitido que hayan sobrevivido hasta hoy muchos tramos de calzadas romanas. Muchas carreteras modernas de Gran Bretaña siguen hoy incluso el trazado de las vías romanas, como puede verse muy claramente en los mapas de su Servicio Oficial de Topografía.

Las calzadas se construían en un primer momento para permitir el desplazamiento rápido de las tropas romanas con el fin de asegurar el control militar de las provincias. Otras personas que viajaban por las calzadas eran los funcionarios del gobierno romano, que utilizaban lo que se conocía como *Posta Imperial* o «*cursus pùblicus*». En efecto, a la persona que estuviese haciendo un viaje de carácter oficial y llevara un permiso gubernamental o «diplôma» se le iban proporcionando caballos de refresco en las distintas postas que estaban situadas a cierta distancia unas de otras en las principales vías, lo que le permitía mantener una velocidad casi uniforme durante su viaje. El «*cursus pùblicus*» se utilizaba sobre todo para transportar la correspondencia gubernamental. Se cree que un mensaje oficial, comunicado a través

del «cursus publicus», tardaría en llegar de Britania a Roma (una distancia de aproximadamente 1.800 kilómetros) alrededor de siete días. En cambio, el correo privado, encomendado a esclavos particulares, tardaba mucho más.

Las personas que tenían que hacer largos recorridos pernoctaban en las posadas que había a orillas de las calzadas. Estas eran, en su gran mayoría, pequeñas, sucias e incómodas y eran frecuentadas por ladrones, prostitutas y borrachos. Los posaderos solían ser personas poco honradas. El poeta Horacio, al describir su estancia en una de estas fondas, comenta lacónicamente: «perfidus hīc caupō». Las personas pudientes trataban de evitar alojarse en tales posadas y fijaban su estancia, siempre que fuera posible, en casa de amigos y conocidos.




Relieve que nos muestra un carro romano ligero que se acerca a un miliario de calzada.

Era más corriente por lo general el viaje por mar, aunque sólo se practicaba en la estación propicia para la navegación (de marzo a noviembre) y estaba también lleno de peligros: piratas, tormentas y naufragios. La mayor parte de los viajes por mar se hacía en barcos mercantes. El transporte marítimo de pasajeros, tal y como lo conocemos nosotros hoy día, no existía entonces, salvo en contadas ocasiones. El viajero podía hacer dos cosas: alquilar un barco o esperar a que algún mercante se dispusiera a zarpar y regatear con el capitán del mismo un pasaje razonable.

Lista de control de vocabulario

adstō, adstāre, adstitī – *estar presente, estar cerca*
auctōritās, auctōritātis – *autoridad*
audāx, *gen.* audācis – *audaz, osado, atrevido*
carcer, carceris – *prisión*
colloquium, colloquī – *entrevista, conversación*
comprehendō, comprehendere, comprehendī, comprehēsus –
detener, prender
cōnscendō, cōnscendere, cōnscendī – *subir, montar*
cum – *cuando, mientras, después que...*
dēscendō, dēscendere, dēscendī – *bajar*
dēserō, dēserere, dēseruī, dēsertus – *abandonar*
ēgressus, ēgressa, ēgressum – *habiendo salido*
eques, equitis – *jinete*
flūmen, flūminis – *río*
humī – *en el suelo, en tierra*
īnfestus, īnfesta, īnfestum – *hostil*
intereā – *entretanto*
magnopere – *grandemente, mucho*
maximē – *muy, muchísimo, sobre todo*
neque ... neque – *nī ... nī*
nusquam – *en ninguna parte*
oppugnō, oppugnāre, oppugnāvī, oppugnātus – *atacar*
passus, passa, passum – *habiendo sufrido*
patefāciō, patefacere, patefēcī, patefactus – *revelar, descubrir*
perfidus, perfida, perfidum – *pérfido, desleal*
pōns, pontis – *puente*
rīpa, rīpae – *ribera, orilla, margen*
tantum – *sólo, solamente*
trānseō, trānsīre, trānsiī – *pasar (al otro lado)*
trīstis, trīste – *triste*
vērum, vērī – *la verdad, lo verdadero*

Escena 25



mīlitēs



mīles legiōnis secundae per castra ambulābat. subitō iuvenem ignōtum prope horreum latentem cōspexit.

‘heus tū’, clāmāvit mīles, ‘quis es?’ iuvenis nihil respondit.

mīles iuvenem iterum rogāvit quis esset. iuvenis fūgit.



mīles iuvenem petīvit et facile superāvit. ‘furcifer!’ exclāmāvit. ‘quid prope horreum facis?’

iuvenis dīcere nōlēbat quid prope horreum faceret. mīles eum ad centuriōnem dūxit.



centuriō, iuvenem cōspicātus, 'hunc agnōscō!' inquit. 'explōrātor Britannicus est, quem saepe prope castra cōspexī. quō modō eum cēpistī?'

tum mīles explicāvit quō modō iuvenem cēpisset.



centuriō, ad iuvenem conversus, 'cūr in castra vēnistī?' rogāvit. iuvenis tamen tacēbat.

centuriō, ubi cognōscere nōn poterat cūr iuvenis in castra vēnisset, mīlitem iussit eum ad carcerem dūcere.

iuvenis, postquam verba centuriōnis audīvit, 'ego sum Vercobrix', inquit, 'filius prīncipis Deceanglōrum. vōbīs nōn decōrum est mē in carcere tenēre.' 'filius prīncipis Deceanglōrum?' exclāmāvit centuriō. 'libentissimē tē videō. nōs tē diū quaerimus, cellamque optimam tibi in carcere parāvimus.'

Strýthiō

optiō per castra ambulat. Strýthiōnem, iam ad castra regressum, cōspicit.

optiō: heus Strýthiō! hūc venī! tibi aliquid dīcere volō.

Strýthiō: nōlī mē vexāre! occupātus sum. Modestum quaerō, quod puella eum exspectat. hercle! puellam pulchriōrem numquam vīdī. vōx eius est suāvissima; oculī eius . . . 5

optiō: mī Strýthiō, quamquam occupātissimus es, dēbēs maximā cum dīligentiā mē audīre. ā centuriōne nostrō missus sum. centuriō tē iubet ad carcerem statim festīnāre.

Strýthiō: īnsānit centuriō! innocentēs sum. 10

optiō: tacē! centuriō Modestum quoque iussit ad carcerem festīnāre.

Strýthiō: deōs testēs faciō. innocentēs sumus. nūllum facinus commīsimus.

optiō: caudex! tacē! difficile est rem tibi explicāre! Valerius, 15 centuriō noster, vōs ambōs carcerem custōdīre iussit.

Strýthiō: nōlī mē vituperāre! rem nunc intellegō! Valerius nōs vult custōdēs carceris esse. decōrum est Valeriō nōs ēligere, quod fortissimī sumus. ego et Modestus, cum in Āfricā mīlitārēmus, sōlī tōtam prōvinciam custōdiēbāmus. 20

optiō: quamquam fortissimī estis, dīligentiam quoque maximam praestāre dēbētis. nam inter captīvōs est Vercobrix, iuvenis magnae dignitātis, cuius pater est prīnceps Deceanglōrum. necesse est vōbīs Vercobrigem dīligentissimē custōdīre. 25

optiō *opción* (suboficial ayudante del centurión)

castra *campamento*

ambōs: ambō *ambos*, *los dos*

prōvinciam: prōvincia, *provincia*

praestāre *mostrar*, *demostrar*

captīvōs: captīvus *prisionero*, *cautivo*

cuius *cuyo* (*genitivo de quī*)

Strȳthiō: nōlī anxius esse, mī optiō. nōbīs nihil difficile est, quod fortissimī sumus, ut antea dīxī. tū redī ad Valerium. dīc Valeriō haec omnia verba. nōlī quicquam omittere! ‘Strȳthiō, mīles legiōnis secundae, Valeriō, centuriōnī legiōnis secundae, salūtem plūrimam dīcit. optiō, ā tē 30 missus, mandāta tua nōbīs tulit. nōs mandātīs tuīs pārentēs, ad statiōnem prōcēdimus.’



exeunt. optiō centuriōnem quaerit, Strȳthiō amīcum.

omittere omitir

salūtem plūrimam dīcit saluda muy afectuosamente

pārentēs: pārēre obedecer

statiōnem: statio puesto (de guardia)



Modestus custōs

Modestus et Str̄ythiō, carcerem ingressī, cellās in quibus captīvī erant īnspiciēbant. habēbat Str̄ythiō libellum in quō nōmina captīvōrum scrīpta erant. Modestus eum rogāvit in quā cellā Vercobrix inclūsus esset. Str̄ythiō, libellum īnspiciēns, cognōvit ubi Vercobrix iacēret, et Modestum ad cellam dūxit. Modestus, cum ad 5 portam cellae advēnisset, haesitāns cōstitit.


Str̄ythiō ‘num cellam intrāre timēs?’ inquit. ‘vīctus est filius prīncipis Deceanglōrum. tē laedere nōn potest.’

cum Str̄ythiō haec dīxisset, Modestus irātus exclāmāvit, ‘caudex, prīncipis filium nōn timeō! cōstitī quod tē 10 exspectābam. volō tē mihi portam aperīre!’

cum portam Str̄ythiō aperuisset, Modestus rūsus haesitāvit.

‘obscura est cella’, inquit Modestus anxius. ‘fer mihi lucernam.’

Str̄ythiō, vir summae patientiae, lucernam tulit amīcōque trādīdit. ille, cellam ingressus, ē cōspectū discessit. 15



in angulō cellae iacēbat Vercobrix. Modestus, cum eum vīdisset, gladium dēstrīnxit. tum, ad mediam cellam prōgressus, Vercobrigem vituperāre coepit. Vercobrix tamen contumēliās Modestī audīre nōn poterat, quod graviter dormiēbat. Modestus Vercobrigī dormientī exsultāns appropinquāvit, et gladium ante ōs 20 eius vibrābat. iterum magnā cum vōce eum vituperābat. Str̄ythiō, quī extrā cellam stābat, attonitus erat. nesciēbat enim cūr Modestus clāmāret. dormiēbat tamen Vercobrix, ignārus clāmōrum Modestī.

subitō arānea, ē tēctō cellae lāpsa, in nāsū Modestī incidit et trāns ōs cucurrit. Modestus, ab arāneā territus, ē cellā fūgit. 25

‘Str̄ythiō! Str̄ythiō!’ clāmāvit. ‘claude portam cellae. nōbīs

necesse est summā cum dīligentiā Vercobrigem custōdīre. etiam arāneae eum adiuvant!’

Strȳthiō cum portam clausisset, Modestum territum rogāvit quid accidisset.

30

‘Modeste’, inquit, ‘quam pallidus es! num captīvum timēs?’

‘minimē! pallidus sum; quod nōn cēnāvī’, respondit.

‘vīsne mē ad culīnam īre et tibi cēnam ferre?’ rogāvit Strȳthiō.

‘optimum cōsiliū est!’ inquit alter. ‘tū tamen hīc manē. melius est mihi ipsī ad culīnam īre, quod coquus decem dēnāriōs mihi 35 dēbet.’

haec locūtus, ad culīnam statim cucurrit.

cōstitit: cōsistere *detenerse*

vīctus: vincīre *amarrar, atar, encadenar*

lucernam: lucerna *lámpara*

patientiae: patientia *paciencia*

cōspectū: cōspectus *vista*

angulō: angulus *rincón, esquina*

prōgressus *habiendo avanzado*

contumēliās: contumēlia *insulto, ultraje*

ante ōs eius *delante de su cara*

ignārus *desconocedor, ignorante*

arānea *araña*

tēctō: tēctum *techo*

lāpsa: lāpsus *habiéndose caído*

trāns *por, a lo largo de, de un lado a otro de*

pallidus *pálido*

hīc *aquí*

Gramática

- 1 En la Unidad I te encontraste oraciones como éstas:

‘quis clāmōrem audīvit?’

«¿Quién ha oído el grito?»

‘ubi est captīvus?’

«¿Dónde está el prisionero?»

En cada uno de estos ejemplos se hace una pregunta. Estas son oraciones *interrogativas directas*.

- 2 En la Escena 25 te has encontrado oraciones como éstas:

centuriō nesciēbat quis clāmōrem audīvisset.

El centurión no sabía quién había oído el grito.

equitēs cognōvērunt ubi captīvus esset.

Los jinetes descubrieron dónde estaba el prisionero.

En estos ejemplos no se hacen preguntas. Desde «quis» hasta «audīvisset» (ejemplo primero) y desde «ubi» hasta «esset» (ejemplo segundo) hay dos *proposiciones interrogativas indirectas*.

El verbo de las proposiciones interrogativas indirectas va generalmente en subjuntivo, como puedes comprobar.

- 3 Compara los ejemplos siguientes:

Interrogativas directas

‘quid Vercobrix fēcit?’

«¿Qué ha hecho Vercobrix?»

Interrogativas indirectas

mīlitēs intellēxērunt quid

Vercobrix fēcisset.

*Los soldados comprendieron
qué había hecho Vercobrix.*

‘cūr Britannī fūgērunt?’

«¿Por qué huyeron los britanos?»

optiō rogāvit cūr Britannī

fūgissent.

*El opción preguntó por qué
habían huido los britanos.*

‘quis appropinquat?’

«¿Quién se acerca?»

custōs nesciēbat quis

appropinquāret.

*El centinela no sabía quién se
acercaba.*

4 Aquí tienes más ejemplos de interrogativas directas e indirectas:

- 1 'quis puerum interfecit?'
- 2 nēmō sciēbat quis puerum interfecisset.
- 3 Salvius tandem intellēxit quō Quīntus et Dumnorix fūgissent.
- 4 nūntius scīre voluit ubi rēx habitāret.
- 5 'quō modō pecūniam invēnistī?'
- 6 iūdex mē rogāvit quō modō pecūniam invēnissem.
- 7 Salvius nesciēbat cūr Quīntus rēgem adiūvisset.
- 8 Salvius nesciēbat cūr Quīntus rēgem adiuvāret.

Modestus perfuga

I

Modestus, ēgressus ē culīnā ubi cēnam optimam cōsūmpserat, ad carcerem redībat. cum ambulāret, sīc cōgitābat,

'numquam cēnam meliōrem gustāvī; numquam vīnum suāvius bibī. sollicitus tamen sum. nam coquus illam cēnam et mihi et Strȳthiōnī parāvit, sed ego sōlus cōsūmpsī. nunc mihi necesse est hanc rem Strȳthiōnī explicāre. fortūna tamen mihi favet, quod Strȳthiō est vir magnae patientiae, minimīque cibī.'

perfuga *desertor*

et ... et *no sólo...sino también*



ubi carcerī appropinquāvit, portam apertam vīdit.

‘dī immortalēs!’ clāmāvit permōtus. ‘Strȳthiō, num portam carceris apertam reliquisti? nēminem neglegentiōrem quam tē nōvī.’ 10

carcerem ingressus, portās omnium cellārum apertās invēnit. cum hoc vīdisset, exclāmāvit,

‘ēheu! omnēs portae apertae sunt! captīvī, ē cellis ēlāpsī, omnēs fūgērunt!’

Modestus rem anxius cōgitāvit. nesciēbat enim quō captīvī 15 fūgissent; intellegere nōn poterat cūr Strȳthiō abesset.

‘quid facere dēbeō? periculōsum est hīc manēre ubi mē centuriō invenīre potest. ūna est spēs salūtis. mihi fugiendum est. ō Strȳthiō, Strȳthiō! coēgistī mē stationem dēserere. mē perfugam fēcistī. sed deōs testēs faciō. invītus stationem dēserō, invītus centuriōnis īram 20 fugiō.’

permōtus *inquieta,*
agitado

spēs *esperanza*

īram: īra *cólera*

II

Modestus, haec locūtus, subitō sonitum audīvit. aliquis portam cellae Vercobrigis aperīre et exīre temptābat!

‘mihi ē carcere fugiendum est’, aliquis ē cellā clāmāvit.

Modestus, cum haec audīvisset, ad portam cellae cucurrit et clausit. 5

‘Vercobrix, tibi in cellā manendum est!’ clāmāvit Modestus. ‘euge! nōn effūgit Vercobrix! eum captīvum habeō! euge! nunc mihi centuriō nocēre nōn potest, quod captīvum summae dignitātis in carcere retinūi.’

Modestus autem anxius manēbat; nesciēbat enim quid Strȳthiōnī 10 accidisset. subitō pugiōnem humī relictum cōspexit.

‘heus, quid est? hunc pugiōnem agnōscō! est pugiō Strȳthiōnis! Strȳthiōnī dedī, ubi diem nātālem celebrābat. ēheu! cruentus est pugiō. ō mī Strȳthiō! nunc rem intellegō. mortuus es! captīvī, ē cellis 15 ēlāpsī, tē necāvērunt. ēheu! cum ego tuam cēnam in culinā cōsūmerem, illī tē oppugnābant! ō Strȳthiō! nēmō infēliciōr est quam ego. nam tē amābam sicut pater filium. tū tamen nōn inultus periistī. Vercobrix, quī in hāc cellā etiam nunc manet, poenās dare dēbet. heus! Vercobrix, mē audī! tibi moriendum est, quod Strȳthiō meus mortuus est.’ 20

haec locūtus, in cellam furēns irrūpit. captīvum, quī intus latēbat, verberāre coepit.

captīvus: Modeste! mī Modeste! dēsine mē verberāre! nōnne mē agnōscis? Strȳthiō sum, quem tū amās sicut pater 25 filium.

Modestus: Strȳthiō? Strȳthiō! num vīvus es? cūr vīvus es? scelestel! 30 furcifer! ubi sunt captīvī quōs custōdiēbās?

Strȳthiō: fūgērunt, Modeste. mē dēcēpērunt. coēgērunt mē portās omnium cellārum aperīre.

Modestus: ēheu! quid facere dēbēmus? 35

Strȳthiō: nōbīs statim ē carcere fugiendum est; centuriōnem appropinquantem audiō.

Modestus: ō Strȳthiō! ō, quam infēlix sum!

Strȳthiō: nōlī dēspērāre. cōnsilium habeō. tibi necesse est mihi cōnfidere. 35

amīcī ē carcere quam celerrimē fūgērunt.

aliquis *alguien*

relictum: *relinquere abandonar, dejar*

cruentus *ensangrentado, lleno de sangre*

inultus *no vengado, sin venganza*

tibi moriendum est *debes morir, tienes*

que morir

vīvus *vivo*

Gramática

- 1 Hasta ahora los ejemplos de pretérito imperfecto y de pretérito pluscuamperfecto de subjuntivo que has encontrado estaban en 3.^a persona singular (desinencia -t) o en 3.^a persona plural (desinencia -nt):

nēmō sciēbat ubi Britannī **latērent**.

Nadie sabía dónde estaban escondidos los britanos.

centuriō, cum hoc **audīvisset**, saeviēbat.

Cuando el centurión hubo oído esto, estaba furioso.

- 2 Pero estos dos tiempos tienen también las demás personas (desinencias -m, -s, -mus, -tis):

custōdēs nōs rogāvērunt cūr **clāmārēmus**.

Los guardianes nos preguntaron por qué gritábamos.

cum patrem **excitāvissem**, ad cubiculum rediī.

Tras haber despertado a mi padre, regresé a mi dormitorio.

- 3 Otros ejemplos:

1 nesciēbam quō fūgissēs.

2 cum in Britannīā militārem, oppidum Aquās Sūlis saepe vīsītāvī.

3 cum cēnam tuam cōsūmerēs, centuriō tē quaerēbat.

4 cum nōmina recitāvissem, hospitēs ad rēgem dūxī.

5 amīcus meus cognōscere voluit ubi habitārētis.

6 puella nōs rogāvit cūr rem tam difficilem suscēpissēmus.

- 4 La conjugación completa del pretérito imperfecto y del pretérito pluscuamperfecto de subjuntivo se halla en la pág. 172 (Suplemento Lingüístico).

Ejercicios

- 1 Observa atentamente la forma y el significado de los nombres siguientes y di el significado de los que no están traducidos:

deus	<i>dios</i>	dea	<i>diosa</i>
filius	<i>hijo</i>	fīlia	
ursus		ursa	<i>osa</i>
lupus		lupa	
leō		leaena	
captīvus	<i>prisionero</i>	captīva	
avus	<i>abuelo</i>	avia	
saltātor	<i>bailarín</i>	saltātrīx	<i>bailarina</i>
vēnātor		vēnātrīx	
victor		victrīx	<i>vencedora</i>

Di el significado de los nombres siguientes:

rēgīna, domina, equa, nūntia

- 2 Completa las oraciones de esta historia con la palabra más apropiada de las relacionadas aquí debajo y luego tradúcelas:

clāmāvit, cucurrit, invēnit, coxit, bibit, cōnsūmpsit, exiit

Modestus ad culīnam irātus culīnam ingressus, coquum occupātum coquus cibum parābat.

‘ubi sunt dēnāriī quōs mihi dēbēs?’ Modestus.

coquus, ubi Modestum irātum vīdit, eī pōculum vīnī obtulit. Modestus libenter vīnum deinde coquus cēnam et Modestō obtulit. Modestus, simulac cēnam gustāvit, avidus

postrēmō Modestus, optimē cēnātus, ē culīnā ēbrius, immemor pecūniae. coquus in culīnā stābat cachinnāns.

- 3 Traduce las oraciones siguientes y luego, con la ayuda de los cuadros de las págs. 160-161 (Suplemento Lingüístico), cambia su significado pasando los nominativos a dativo y los dativos a nominativo. Vuelve a traducir:

Por ejemplo: imperātor rēgibus dōna dedit.

El emperador dio regalos a los reyes.

Esto pasa a: rēgēs imperātōrī dōna dedērunt.

Los reyes dieron regalos al emperador.

Fíjate en que en algunos ejemplos, como en el anterior, tendrás que cambiar el verbo de singular a plural o viceversa:

1 puella puerō gemmam ostendit.

2 mercātor amīcō dōnum ēmit.

3 servus puellīs respondit.

4 rēx cīvibus haec verba dīxit.

5 puerī cīvī nōn crēdidērunt.

6 mīlītēs fēminīs auxilium dedērunt.

7 custōdēs centuriōnī pecūniam trādidērunt.

8 ego tibi nōn fāvī.

- 4 Este ejercicio está basado en la narración «Modestus custōs» de la pág. 80. Vuelve a leer dicha narración. Completa cada una de las oraciones que están aquí debajo con alguna de las proposiciones de «cum» siguientes y traduce de nuevo. Usa cada proposición sólo una vez:

cum Modestus ad culīnam abiisset

cum carcerem intrāvissent

cum arānea dē tēctō dēcidisset

cum lucernam tulisset

cum Modestus gladium vibrāret

1 Modestus et Strȳthiō,, cellās captīvōrum īnspiciēbant.

2 Strȳthiō,, Modestō trādidit.

3, Vercobrix graviter dormiēbat.

4, Modestus fūgit perterritus.

5, Strȳthiō in carcere mānsit.

5 Completa estas oraciones con la palabra correcta y luego tradúcelas:

- 1 medicus puellae pōculum dedit. (aegram, aegrae)
- 2 hospitēs coquum laudāvērunt. (callidum, callidō)
- 3 faber mercātōrī dēnāriōs reddidit. (īrātum, īrātō)
- 4 ancillae dominō pārēre nōlēbant. (crūdēlem, crūdēlī)
- 5 centuriō militēs castīgābat. (ignāvōs, ignāvīs)
- 6 puer stultus nautīs crēdidit. (mendācēs, mendācibus)
- 7 stolās emēbat fēmina. (novās, novīs)
- 8 amīcīs pecūniam obtulī. (omnēs, omnibus)

Los soldados de las legiones

Las tropas de choque del ejército romano estaban compuestas por los soldados que servían en las legiones. Estos tenían que ser ciudadanos romanos. Eran profesionales que habían firmado un contrato para dedicarse por entero a la milicia durante veinticinco años. Eran entrenados rigurosamente en el arte de la guerra de la infantería y estaban especializados, también en otras muchas cosas. En realidad una legión romana, que estaba compuesta normalmente por unos cinco mil infantes, era ella por sí sola un ejército en pequeño y tenía capacidad para construir fuertes y campamentos, para fabricar sus propias armas y equipos y construir calzadas. Entre su personal había ingenieros, arquitectos, carpinteros, herreros, médicos, enfermeros, administrativos y contables.

El reclutamiento

Cuando un recluta se alistaba en el ejército se le sometía en primer lugar a una entrevista para certificarse de que poseía el rango legal adecuado, es decir, que era ciudadano romano; también pasaba un examen médico. El ejército prefería los reclutas que provenían de ciertos oficios como «herrerros, constructores de carruajes, carniceros, cazadores» y daba de lado a los «pasteleiros, tejedores y a todos aquellos que estaban empleados en oficios propios de mujer».


Composición de una legión

1.^a Cohorte

5 centurias = c. 800 hombres

De la 2.^a a la 10.^a Cohortes

6 centurias cada una = c. 4.320 hombres



T = tesserarius; S = signifer; C = cornicen (trompetero); Ct = centurio; O = optio; PP = primus pilus; PC = praefectus castrorum.


La instrucción

El recién alistado, tras su admisión y el juramento obligado, era enviado a su unidad para comenzar la instrucción. Esta era minuciosa, sistemática y dura desde el punto de vista físico. Lo primero que aprendía el joven soldado eran las marchas al paso reglamentario en las que se cubrían distancias de hasta 24 millas romanas, es decir, unos 35 kilómetros. La preparación física se completaba con carreras, saltos, natación y el transporte de peso. A continuación venía la instrucción en el manejo de las armas, comenzando con una espada de madera y un escudo de mimbre. El soldado aprendía así a manejar correctamente el escudo y a atacar con la espada un blanco simulado. Cuando dominaba el uso elemental de las armas simuladas, se entrenaba con armas auténticas y terminaba realizando combates por parejas, pero colocando probablemente una funda de cuero en la punta de la espada.

La segunda fase de la instrucción en el manejo de las armas consistía en aprender a lanzar la jabalina (*pīlum*). Este arma estaba compuesta de un mango de madera de 1,5 metros y de una punta de hierro de 0,6 metros. La parte de metal estaba ingeniosamente concebida. Los primeros 25 centímetros estaban cuidadosamente templados para darle poder de penetración, en cambio el resto se dejaba sin templar para que fuera bastante blando y propenso a doblarse. Así, cuando se lanzaba la jabalina contra un enemigo, desde una distancia de unos 23 a 28 metros, la punta penetraba y se quedaba clavada en el escudo, al tiempo que se doblaba por la parte blanda y de esta manera el arma entera quedaba colgando del mismo. Con ello se conseguían dos cosas: por un lado, que la jabalina quedara inutilizada, de modo que no se pudiera lanzar de vuelta, y, por otro, que dificultara tanto el manejo del escudo en que estaba clavada que el enemigo tuviera incluso que desprenderse de él.

Una vez aprendido el manejo de las armas y conseguida la preparación física adecuada, el soldado estaba en disposición de abandonar el cuartel y entrenarse en campo abierto. Esto comenzaba con unas marchas de maniobras en las que el soldado cargaba no sólo su petate y armaduras, sino también su ración de comida para varios días, además del equipo para levantar el

campamento en que pernoctar, compuesto de una sierra, un hacha y un cesto para remover tierra como podemos ver en la foto de esta página. Al terminar la marcha del día se ponía un gran empeño en construir correctamente el campamento, de ahí que el joven soldado recibiera un cuidadoso entrenamiento para ello y efectuase las consiguientes prácticas. Por ejemplo, en Cawthorn (Yorkshire) unos soldados en período de instrucción llegaron a construir más cosas que los consabidos fosos y empalizadas; en efecto, levantaron unas plataformas para catapultas (*ballistae*) e incluso construyeron unos hornos para uso del campamento.



Relieve de la Columna de Trajano que nos muestra a los soldados construyendo un fortín.

El trabajo

El legionario que había terminado su período de instrucción no pasaba todo su tiempo o gran parte de él en el servicio activo. La mayor parte del mismo la empleaba en tareas no estrictamente militares, como la construcción de edificaciones y de calzadas, y, durante la primera mitad del S. I d. C. al menos, tenía buenas perspectivas de sobrevivir hasta el momento de licenciarse. Se le destinaba generalmente a algunos de los grandes campamentos diseminados por las fronteras del imperio en lugares como Deva (Chester), Bonna (Bonn) y Vindobonna (Viena) que eran puntos claves en la defensa romana frente a los bárbaros.

Muchas de las tareas diarias eran las mismas fuera cual fuera el lugar donde estuviese estacionado. Hasta nosotros ha llegado una lista de tareas, escrita en papiro, en la que se relacionan los nombres de treinta y seis soldados, todos ellos miembros de la misma centuria de una de las legiones estacionadas en Egipto. Abarca los diez primeros días del mes de octubre del año 87 d.C., según parece. En la pág. 95 se ofrece una selección de algunos de ellos. Por ejemplo, G. Julio Valente pasó el día dos de octubre de guardia en una torre de la fortaleza, el cuatro de octubre reparando botas y el ocho hizo de ordenanza de uno de los oficiales.

La paga

El soldado recibía la misma paga en tiempos de paz que en tiempos de guerra. En el s. I d.C. y hasta la época del emperador Domiciano (81-96 d.C.), ésta fue aumentando hasta alcanzar la cantidad de 225 denarios. Estas eran las cantidades brutas, a las que antes de que el dinero llegara a las manos del soldado se les hacían algunas deducciones. Por sorprendente que parezca, el soldado tenía la obligación de pagar su comida, su ropa y su equipo. Solía también dejar una parte del dinero en la caja de ahorros militar. En realidad lo que llegaba a sus manos era solamente la cuarta o la quinta parte de la paga bruta. No nos resulta fácil saber si el soldado se sentía por ello injustamente tratado. Conocemos sin duda algunos casos de descontento, pero al parecer tanto la paga como las condiciones del servicio no eran tan duras como para disuadirlos de los alistamientos. Asimismo podía abri-

gar la esperanza de conseguir algún ascenso y un licenciamiento honroso al finalizar el servicio que solía consistir en una gratificación en metálico (3.000 denarios) o en la asignación de un lote de tierras de cultivo.

Los ascensos

Cuando un soldado ascendía de graduación, su vida cambiaba en varios sentidos. Recibía una paga mayor y se le eximía de las faenas que desarrollaban los soldados rasos. Cada centuria estaba bajo el mando de un centurión que tenía a su vez por debajo de él a un opción (*optiō*) que consiguientemente estaba a la espera de que se produjera una vacante entre los centuriones para optar al ascenso. En cada centuria había además un portaestandarte (*signifer*), un tesorario (*tesserārius*), que mandaba sobre los piquetes de guardia, y uno o dos oficinistas. Los centuriones, que equivalían más o menos a los suboficiales de un ejército actual, eran la columna vertebral del ejército. Eran sesenta y cada uno de ellos estaba encargado de la instrucción y de la disciplina de su centuria. Su importancia se reflejaba en su paga, que era de alrededor de 1.500 denarios al año. La mayoría de ellos había ido ascendiendo desde el empleo de simples soldados gracias a su arrojo y a su valía. El centurión más antiguo de la legión (llamado *prīmus pīlus*) era un personaje altamente respetado; tenía al menos cincuenta años y había ido pasando por todas las categorías de centurión que existían. Ostentaba el cargo durante un año, al cabo del cual recibía una importante gratificación y se le permitía retirarse; pero también podía ascender y convertirse en «*praefectus castrōrum*» (prefecto del campamento).

Los mandos superiores

Los hombres mencionados hasta ahora daban por sentado que iban a pasar toda su vida activa sirviendo como soldados profesionales. Los altos mandos, en cambio, pasaban un período de tiempo mucho más corto en la legión, generalmente tres o cuatro años, sin haber pasado previamente por los empleos de soldado o centurión.

El oficial que estaba al frente de toda la legión era el «*legātus*». Era miembro del Senado romano y solía ser relativamente joven. Tenía unos treinta y cinco años. Subordinados a él había seis tribunos militares. Uno de ellos era generalmente un joven

	1 Oct.	2 Oct.	3 Oct.	4 Oct.	5 Oct.	6 Oct.	7 Oct.	8 Oct.	9 Oct.	10 Oct.
C. Julio Valente	terreno de instrucción	torre	desagües	botas	armería	armería	termas	asistente	centuria	termas
L. Sextilio Germano	guardia de puerta	estandartes	termas	torre	de servicio en la centuria de D. Decrio					
M. Antonio Crispo	termas	camilleros	centuria	ropas de paisano	centuria	—	escolta del tribuno			
T. Flavio	—	—	—	termas	termas	termas	guardia de puerta	—	—	—
M. Domicio	—	—	de destacamento a los graneros de Neapolis							

de origen aristocrático, que aprendía el oficio de las armas antes de comenzar su carrera política. Los otros cinco eran miembros de la clase inmediatamente inferior a la de aquél (la de los «equitēs») y tenían también treinta y tantos años. Eran por lo general hombres de talento, ricos y cultos, que aspiraban a alcanzar puestos importantes en la administración civil del imperio.

Lista de control del vocabulario

accidō, accidere, accidī – *suceder*

aliquis – *alguien, alguno*

aperiō, aperīre, aperuī, apertus – *abrir*

autem – *pero, sin embargo*

captīvus, captīvī – *prisionero, cautivo*

castra, castrōrum – *campamento*

cōgō, cōgere, cōēgī, cōāctus – *obligar, forzar*

dēpōno, dēpōnere, dēposuī, dēpositus – *poner en el suelo, quitarse de encima*

dēsīnō, dēsīnere – *dejar de*

dignitās, dignitātis – *dignidad, prestigio*

dīligentia, dīligentiae – *atención, laboriosidad*

explicō, explicāre, explicāvī, explicātus – *explicar, exponer*

extrā – *fuera de*

furēns, *gen.* furentis – *furioso, fuera de sí*

haesitō, haesitāre, haesitāvī – *vacilar, dudar*

immemor, *gen.* immemoris – *que no recuerda, olvidadizo*

immortālis, immortāle – *inmortal*

dī immortālēs! – *¡dioses inmortales!*

laedō, laedere, laesī, laesus – *hacer daño*

lateō, latēre, latuī – *estar escondido, estar oculto*

legiō, legiōnis – *legión*

nescio, nescīre, nescīvī – *no saber*

nōmen, nōminis – *nombre*

ōs, ōris – *cara, rostro*

poena, poenae – *castigo*

poenās dare – *ser castigado*

rūrsus – *otra vez, de nuevo*

scelestus, scelesta, scelestum – *malvado, criminal*

statiō, statiōnis – *puesto, puesto de guardia*

suāvis, suāve – *dulce*

testis, testis – *testigo*



Agricola

adventus Agricolae

mīlitēs legiōnis secundae, quī Dēvae in castrīs erant, diū et strēnuē labōrābant. nam Gāius Iūlius Sīlānus, lēgātus legiōnis, adventum Agricolae exspectābat. mīlitēs, ā centuriōnibus iussī, multa et varia faciēbant. aliī arma poliēbant; aliī aedificia pūrgābant; aliī plaustra reficiēbant. Sīlānus neque quiētem neque commeātum mīlitibus 5 dedit.

mīlitēs, ignārī adventūs Agricolae, rem graviter ferēbant. trēs continuōs diēs labōrāvērunt; quārtō diē Sīlānus adventum Agricolae nūntiāvit. mīlitēs, cum hoc audīvissent, maximē gaudēbant quod Agricolam dīligēbant. 10

tertiā hōrā Sīlānus mīlitēs in ōrdinēs longōs īnstrūxit, ut Agricolam salūtārent. mīlitēs, cum Agricolam castra intrantem vīdissent, magnum clāmōrem sustulērunt.

‘iō, Agricola! iō, iō, Agricola!’

Agricola ad tribūnal prōcessit ut pauca dīceret. omnēs statim 15 tacuērunt ut contiōnem Agricolae audīrent.

‘gaudeō’, inquit, ‘quod hodiē vōs rūrsus videō. nūllam legiōnem fidēliōrem habeō, nūllam fortiōrem. disciplīnam studiumque vestrum valdē laudō.’

mīlitēs ita hortātus, per ōrdinēs prōcessit ut eōs īnspiceret. deinde 20 prīncipia intrāvit ut colloquium cum Sīlānō habēret.

adventus *llegada*

Dēvae *en Chester*

strēnuē *de firme, con ahínco*

aliī...aliī...aliī *unos...otros...*

otros

arma *armas*

poliēbant: polire *bruñir, sacar brillo*

pūrgābant: pūrgāre *limpiar*

quiētem: quiēs *descanso*

commeātum: commeātus *permiso*

trēs...diēs *durante tres días*

continuōs: continuus *seguido*

quārtō diē *al cuarto día*

gaudēbant: gaudēre *alegrarse, estar contento*

tertiā hōrā *a las tres*

iō! *¡viva!, ¡bravo!*

tribūnal *tribuna, tribunal*

contiōnem: contiō *arenga, discurso*

disciplīnam: disciplīna *disciplina*

studium *entusiasmo, empeño*

vestrum: vester *uestro*

hortātus *habiendo animado, habiendo*

exhortado

prīncipia *cuartel general*

Una vez leída esta narración, contesta a las preguntas que vienen después.

in prīncipiīs

Salvius ipse paulō prius ad castra advēnerat. iam in legiōnis secundae prīncipiīs sedēbat, Agricola anxius exspectāns. sollicitus erat quod in epistulā, quam ad Agricola mīserat, multa falsa scrīpserat. in prīmīs Cogidubnum sēditiōnis accūsāverat. in animō volvēbat num Agricola sibi crēditūrus esset. Belimicum 5 sēcum dūxerat ut testis esset.

subitō Salvius, Agricola intrantem cōspicātus, ad eum festīnāvit ut salūtāret. deinde renovāvit ea quae in epistulā scrīpserat. Agricola, cum haec audīvisset, diū tacuit. dēnique maximē commōtus, 10

‘quanta perfidia!’ inquit. ‘quanta īnsānia! id quod mihi patefēcistī, vix intellegere possum. īnsānīvit Cogidubnus. īnsānīvērunt prīncipēs Rēgnēnsium. numquam nōs oportet barbarīs crēdere; tūtius est eōs omnēs prō hostibus habēre. nunc mihi necesse est rēgem opprimere quem quīnque annōs prō amīcō 15 habeo.’

haec locūtus, ad Silānum, lēgātum legiōnis, sē vertit.

‘Silāne’, inquit, ‘nōs oportet rēgem prīncipēsque Rēgnēnsium quam celerrimē opprimere. tibi statim cum duābus cohortibus proficīscendum est.’ 20

Silānus, ē prīncipiīs ēgressus, centuriōnibus mandāta dedit. eōs iussit cohortēs parāre. intereā Agricola plūra dē rēgis perfidiā rogāre coepit. Salvius eī respondit,

paulō prius *un poco antes*
in prīmīs *principalmente, ante todo*
sēditiōnis: sēditiō *rebelión*
in animō volvēbat: in animō volvere
meditar, pensar, reflexionar
num *si*
crēditūrus esset *iba a creer*
renovāvit: renovāre *repetir, recordar*

īnsānia *locura*
nōs oportet *debemos, tenemos que*
prō hostibus habēre *considerarlos*
enemigos
opprimere *aplantar*
tibi...proficīscendum est *ienes que*
partir
cohortibus: cohors *cohorte*

‘ecce Belimicus, vir ingenī optimī summaeque fideī, quem iste Cogidubnus corrumpere temptābat. Belimicus autem, quī blanditiās rēgis spernēbat, omnia mihi patefēcit.’ 25

‘id quod Salvius dīxit vērū est’, inquit Belimicus. ‘rēx Rōmānōs ōdit. Rōmānōs ē Britannīā expellere tōtamque īnsulam occupāre cupit. nāvēs igitur comparat. mīlitēs exercet. etiam bēstiās saevās colligit. nūper bēstiam in mē impulit ut mē interficeret.’ 30

Agricola tamen hīs verbīs diffīsus, Salvium dīligentius rogāvit quae indicia sēditionis vīdisset. cognōscere voluit quot essent armātī, num Britannī cīvēs Rōmānōs interfēcissent, quās urbēs dēlēvissent.

subitō magnum clāmōrem omnēs audīvērunt. per iānuam 35 prīncipiōrum perrūpit homō squālidus. ad Agricolam praeceps cucurrit genibusque eius haesit.

‘cīvis Rōmānus sum’, inquit. ‘Quīntum Caecilium Iūcundum mē vocant. ego multās iniūriās passus hūc tandem advēnī. hoc ūnum dīcere volō. Cogidubnus est innocēs.’ 40

haec locūtus humī prōcubuit exanimātus.

corrumpere *corromper, sobornar, seducir*

blanditiās: blanditiae *halagos, lisonjas*

spernēbat: spernere *rechazar, despreciar*

diffīsus *habiendo desconfiado*

indicia: indicium *indicio, signo, prueba*

armātī: armātus *gente armada, en armas*

perrūpit: perrumpere *irrumpir*

squālidus *sucio, mugriento*

1 ¿Para qué ha venido Salvio a Chester?

2 ¿Por qué se ha hecho acompañar de Belímico?

3 ¿Por qué crees que Agrícola guarda un largo silencio (línea 9)?

4 ¿Qué órdenes da a Silano?

5 ¿Por qué desconfía Agrícola de lo que dice Belímico?

6 ¿Por qué cosas le pregunta Agrícola a Salvio? ¿Le sería fácil a Salvio contestar a esas preguntas? ¿Crees que Agrícola debería haber hecho esas preguntas *antes de* hacer salir a las dos cohortes?

7 ¿Qué ocurre antes de que Salvio pueda contestar a las preguntas de Agrícola?

8 ¿Qué es lo primero que dice Quinto? ¿Por qué dice eso en primer lugar?

Gramática

- 1 Observa atentamente los ejemplos siguientes:

mīlītēs ad prīncipia convēnērunt **ut Agricolam audīrent.**

Los soldados acudieron al cuartel general para oír a Agrícola.

per tōtam noctem labōrābat medicus **ut vulnera mīlitum s̄anaret.**

El médico trabajaba durante toda la noche para curar las heridas de los soldados.

Al grupo de palabras que están en negrita se le llama *proposición final*, porque indica el fin por el cual se realiza la proposición principal. Así, en el segundo de los ejemplos anteriores, la proposición «ut vulnera mīlitum s̄anaret» indica el fin por el cual se produce el trabajo del médico. Las proposiciones finales llevan siempre en latín el verbo en subjuntivo.

- 2 Aquí tienes otros ejemplos:

1 dominus stilum et cērās poposcit ut epistulam scrīberet.

2 omnēs cīvēs ad silvam contendērunt ut leōnem mortuum spectārent.

3 dēnique ego ad patrem rediī ut rem explicārem.

4 pugiōnem rapuī ut captivum interficerem.

- 3 Cuando el sujeto de la proposición principal y el de la proposición final coinciden, traducimos al castellano por «para» o «a» más infinitivo:

mīlītēs ad prīncipia convēnērunt ut Agricolam audīrent.

Los soldados acudieron al cuartel general para escuchar a Agrícola.

Cuando los sujetos son diferentes, *ut* se puede traducir por «para que» y se respeta entonces el subjuntivo:

optiō Modestum et Strȳthiōnem ad carcerem mīsīt, ut captīvōs custōdīrent.

El opción envió a Modesto y a Estritión a la cárcel, para que custodiaran a los prisioneros.

tribūnus

Agricola, ubi hoc vīdit, custōdēs iussit Quīntum auferre medicumque arcessere. tum ad tribūnum mīlitum, quī adstābat, sē vertit.

‘mī Rūfe’, inquit, ‘prūdētissimus es omnium tribūnōrum quōs habeō. tē iubeō hunc hominem summā cum cūrā interrogāre.’ 5

Salvius, cum Rūfus exiisset, valdē commōtus,

‘cūr tempus terimus?’ inquit. ‘omnia explicāre possum. nōtus est mihi hic homō. nūper in villā mē vīsītāvit, quamquam nōn invītāveram. trēs mēnsēs apud mē mānsit, opēs meās dēvorāns. duōs tripodas argenteōs habēbam, quōs abstulit ut Cogidubnō 10 daret. sed eum nōn accūsāvī, quod hospes erat. ubi tamen Aquās Sūlis mēcum advēnit, facinus scelestum committere temptāvit. venēnum parāvit ut Memorem, haruspicem Rōmānum, necāret. postquam rem nōn effēcit, mē ipsum accūsāvit. nōlī eī crēdere.



multō perfidior est quam Britannī.’

haec cum audīvisset, Agricola respondit,

‘sī tālia fēcit, eī moriendum est.’

mox revēnit Rūfus valdē attonitus.

‘Quīntus Caecilius’, inquit, ‘est iuvenis summae fideī. patrem meum, quem Alexandriāe reliquī, bene nōverat. hoc prō certō 20 habeō quod Quīntus hanc epistulam mihi ostendit, ā patre ipsō scriptam.’

Agricola statim Quīntum ad sē vocāvit, cēterōsque dīmīsīt. Salvius, Quīntum dētestātus, anxius exiit. Agricola cum Quīntō colloquium trēs hōrās habēbat. 25

tribūnus *tribuno*

prūdētissimus: prūdēns *prudente,*

juicioso, competente

tempus terimus: tempus terere

perder el tiempo

opēs *riquezas*

dēvorāns: dēvorāre *engullir, devorar*

multō perfidior *mucho más traidor*

tālia *tales cosas*

prō certō habeō: prō certō habēre

tenerlo por seguro, darlo por probado

dētestātus *habiendo maldecido*

Gramática

- 1 Desde la Escena 14 en adelante te has encontrado oraciones como éstas:

necesse est mihi cēnam parāre.

Tengo que preparar la cena.

necesse est vōbīs labōrāre.

Tenéis que trabajar.

- 2 Ahora has aprendido otra manera de expresar la misma idea:

necesse est nōbīs currere.

nōbīs **currendum** est.

}

Tenemos que correr.

necesse est eī revenīre.

eī **reveniendum** est.

}

(El) tiene que regresar.

Las palabras en negrita son *gerundivos*.

- 3 Otros ejemplos:

1 mihi fugiendum est.

2 nōbīs ambulandum est.

3 tibi hīc manendum est.

4 omnibus servīs labōrandum est.

contentiō

Agricola, cum Quīntum audīvisset, vehementer saeviēbat. Salvium furēns arcessīvit. quī, simulatque intrāvit, aliquid dīcere coepit. Agricola tamen, cum silentium iussisset, Salvium vehementer accūsāvit.

‘dī immortalēs! Cogidubnus est innocēns, tū perfidus. cūr tam 5
īnsānus eram ut tibi crēderem? quīnque annōs hanc prōvinciam iam
administrō. rēgem Cogidubnum bene cognōvī. saepe rēx mihi
auxiliō fuit. neque perfidum neque mendācem umquam sē
praestitit. cūr tū crīmen falsum in eum intulistī? accūsāvistīne eum
ut potentiam tuam augērēs? simulatque ad hanc prōvinciam 10
vēnistī, amīcī mē dē calliditāte tuā monuērunt. nunc rēs ipsa mē
docuit. num Imperātor Domitiānus hanc tantam perfidiam ferre
potest? ego sānē nōn possum. in hāc prōvinciā summam potestātem
habeō. iubeō tē hās inimīcitiās dēpōnere. iubeō tē ad Cogidubnī
aulam īre, veniamque ab eō petere. praetereā tē oportet Imperātōrī 15
ipsī rem explicāre.’

haec ubi dīxit Agricola, Salvius respondit irātus,

‘quam caecus es! quam longē errās! tē ipsum oportet Imperātōrī
id quod in Britannīā fēcistī explicāre. quīnque annōs hanc
prōvinciam pessimē administrās. tū enim in ultimīs Britanniae 20
partibus bellum geris et victōriās inānēs ē Calēdoniā refers; sed
Imperātor pecūniās opēsque accipere cupit. itaque rēgnum
Cogidubnī occupāre cōstituit; Calēdoniam floccī nōn facit. tū sānē
hoc nescīs. in magnō periculō es, quod cōsiliū meum spernis. nōn
solum mihi sed Imperātōrī ipsī obstās.’ 25

cum hanc contentiōnem inter sē habērent, subitō nūntius
prīncipia ingressus exclāmāvit,

‘mortuus est Cogidubnus!’



auxiliō fuit *fue una ayuda, ayudó*
 potentiam: potentia *poder*
 augēres: augēre *acrecentar, aumentar*
 inimīcitiās: inimīcitia *enemistad, odio*
 tē oportet *tienes que, debes*
 caecus *ciego*
 pessimē *muy mal*
 victōriās: victōria *victoria*
 inānēs: inānis *vacío, sin valor*
 Calēdoniā: Calēdonia *Escocia*
 cōstituit: cōstituere *decidir*

Ejercicios

- 1 Observa atentamente la forma y el significado de los verbos y de los nombres siguientes y di el significado de los que no están traducidos:

amāre	<i>amar</i>	amor	<i>amor</i>
timēre	<i>temer</i>	timor	<i>temor</i>
honōrāre	<i>honrar</i>	honor	
clāmāre		clāmor	
labōrāre		labor	
fulgēre		fulgor	<i>brillo</i>
pavēre	<i>estar asustado</i>	pavor	
furere		furor	<i>locura, furor</i>
tremere		tremor	<i>temblor</i>
dolēre (1)	<i>sentir dolor (físico)</i>	dolor (1)	
dolēre (2)	<i>lamentar, deplorar</i>	dolor (2)	

Di el significado de los nombres siguientes:

favor, pallor, sūdor

- 2 Completa cada oración con la palabra correcta y traduce:

- 1 Agricola, ubi verba audīvit, Salvium arcessīvit. (Quīntum, Quīntī, Quīntō)
- 2 omnēs hospitēs saltātrīcis laudāvērunt. (artem, artis, artī)
- 3 iter nostrum difficile erat, quod tot cīvēs complēbant. (viās, viārū, viīs)
- 4 prō prīncipiīs stābat magna turba (mīlītēs, mīlitum, mīlitibus)
- 5 lēgātus, postquam mandāta dedit, legiōnem ad montem proximum dūxit. (centuriōnēs, centuriōnum, centuriōnibus)
- 6 iūdex, quī nōn crēdēbat, irātissimus fiēbat. (puerōs, puerōrum, puerīs)

- 3 Traduce al latín las oraciones castellanas escogiendo correctamente las palabras latinas de entre las que se te ofrecen debajo de cada oración.

1 *Los ciudadanos amables ofrecieron ayuda.*

cīvis benignī auxilium praeuērunt
cīvēs benignōs auxiliī praeuuerant

2 *Detuvieron al soldado en la cocina de la posada.*

mīlitem per culīnam tabernae comprehendunt
mīlitis in culīnā tabernārum comprehendērunt

3 *¡Amo, lee esta carta!*

domine haec epistula lege
dominus hanc epistulam legis

4 *Los ancianos se marcharon, alabando al valiente mensajero.*

senēs discēdunt fortem nūntium laudāns
senum discessērunt fortī nūntiōs laudantēs

5 *¿Cómo podemos evitar los castigos de los dioses?*

quō modō poenae deōrum vītantēs possumus
quis poenās deīs vītāre poterāmus

6 *Las palabras del harúspice lo aterraron.*

verbum haruspīcis eam eum terruit
verba haruspīcī eōs terruērunt

- 4 Completa las oraciones siguientes con las palabras más convenientes de las que se te ofrecen y tradúcelas:

epistulam, audīvisset, ēgressus, invēnērunt, equīs, captī

1 Salvius, ē prīncipiīs, Belimicum quaesīvit.

2 Agricola, cum haec verba, ad Rūfūm sē vertit.

3 dominus ē manibus servī impatiēns rapuit.

4 custōdēs nūntium humī iacentem

5 quattuor Britannī, in pugnā, vītā miserrimā in carcere agēbant.

6 aliī mīlītēs aquam dabant, aliī frūmentum in horrea īferēbant.

Agrícola, gobernador de Britania



Esta inscripción dice, una vez desarrolladas sus abreviaturas: «imperatore Vespasiano VIII Tito imperatore VII consule Cnaeo Iulio Agrícola legato Augusti propraetore».



Las dos inscripciones anteriores contienen el nombre de Gneo Julio Agrícola. La primera procede de una tubería de plomo descubierta en Chester y la segunda del foro de Verulamium (St. Albans). Estas inscripciones podrían haber sido en realidad todo lo que supiéramos sobre este hombre, si su yerno, el historiador Tácito, no hubiera escrito su biografía. Gracias a dicha narración disponemos hoy de un retrato detallado de Agrícola.

Había nacido el 13 de junio del 40 d. C. en la colonia romana de Forum Iulii que estaba al sureste de la Galia. Esta ciudad la había fundado para sus veteranos Julio César y por ello la mayor parte de sus habitantes eran ciudadanos de origen itálico y no galos. Esta ciudad corresponde hoy a la ciudad francesa de Fréjus. Agrícola descendía de una familia distinguida. Sus abuelos habían desempeñado cargos gubernamentales importantes y el emperador Tiberio había nombrado senador a su padre, quien más tarde se indispuso con el emperador Gayo Calígula y fue ejecutado pocos días después del nacimiento de Agrícola.

Nuestro personaje acudió a la escuela en Massilia (Marsella), que era el centro más importante de la cultura y de la educación en el sur de la Galia. Hizo los estudios que acostumbraban a cursar los hijos de las familias romanas de clase alta: retórica y

filosofía. Disfrutaba con esta última, pero Tácito recuerda la oposición de su madre:

«Recuerdo que Agrícola nos decía a menudo que, cuando era joven, sentía por la filosofía más entusiasmo del esperado en un romano y en un senador y que su madre estimó prudente poner freno a un interés tan ardiente».

A sus dieciocho años, Agrícola estaba sirviendo en el ejército romano de Britania con el rango de «tribūnus», como Barbilo Rufo en la narración de la pág. . Aprovechó dicha oportunidad para conocer bien la provincia. Los soldados que se le habían confiado tuvieron una oportunidad parecida para llegar a conocerlo a él. Dos años más tarde, durante la rebelión de Boudica del año 60 d.C., tomó contacto directo con la dura realidad de la guerra. Agrícola era ya un gran conocedor de la provincia de Britania y este conocimiento le sería luego muy útil durante su etapa de gobernador unos dieciocho años más tarde.

De vuelta en Roma continuó su carrera política. El 70 d.C. regresó a Britania para hacerse cargo del mando de la Legión XX que estaba estacionada en Viroconium (Wroxeter) y que se había olvidado de la disciplina militar y estaba causando algunos problemas. Su éxito en la conducción de este difícil cometido se vio recompensado con su ascenso a gobernador de Aquitania en la Galia. En el 77 d.C. llegó a cónsul y al año siguiente regresó a Britania por tercera vez, pero ya como gobernador de la provincia. La experiencia política y la pericia militar adquiridas hasta ese momento le otorgaron los recursos oportunos para encarar las funciones de un puesto apasionante, pero que exigía grandes dotes y mucho esfuerzo personal.

Agrícola hizo frente a semejante desafío con diferentes medidas: promovió activamente una política de romanización; amplió la red de calzadas y de fuertes a lo largo y ancho del norte de Britania, incluido el campamento de Chester; y durante su período de gobernador dobló prácticamente la extensión del territorio de Britania bajo dominio romano.

La carrera política de Agrícola

58 d. C. Tribunus militum en Britania

64 Cuestor en Asia

66	Tribuno de la plebe en Roma
68	Pretor en Roma
70	Comandante en jefe de la Legión XX en Britania
74	Gobernador de Aquitania
77	Cónsul
78	Gobernador de Britania

Lista de control del vocabulario

accūsō, accūsāre, accūsāvī, accūsātus – *acusar*

auferō, auferre, abstulī, ablātus – *llevarse*

bellum, bellī – *guerra*

bellum gerere – *hacer la guerra*

cohors, cohortis – *cohorte*

colligō, colligere, collēxī, collēctus – *reunir*

commōtus, commōta, commōtum – *agitado, emocionado*

doceō, docēre, docuī, doctus – *enseñar*

facinus, facinoris – *crimen*

falsus, falsa, falsum – *falso*

fidēs, fideī – *lealtad*

īnsānus, īnsāna, īnsānum – *loco*

īnstruō, īnstruere, īnstrūxī, īnstrūctus – *formar, alinear*

lēgātus, lēgātī – *legado, comandante de la legión*

num – *si*

occupō, occupāre, occupāvī, occupātus – *ocupar, apoderarse de*

oportet – *conviene, es necesario*

mē oportet – *conviene que yo, yo debo, yo tengo que*

perfidia, perfidiae – *perfidia, deslealtad, traición*

praebeō, praebēre, praebuī, praebitus – *prestar, suministrar*

prīncipia, prīncipiōrum – *cuartel general*

prōvincia, prōvinciae – *provincia*

quot? – *¿cuántos?*

referō, referre, rettulī, relātus – *traer*

rēgnum, rēgnī – *reino*

saevus, saeva, saevum – *cruel, salvaje*


sānē – *sin duda, evidentemente*

sī – *si*

tribūnus, tribūnī – *tribuno*


ultimus, ultima, ultimum – *el más alejado*

ut – *para que, que*



in castris


‘fuge mēcum ad horreum!’



extrā carcerem, Modestus et Strȳthiō sermōnem anxii habēbant.

Modestus Strȳthiōnem monēbat ut ad horreum sēcum fugeret.

‘invenīte Modestum Strȳthiōnemque!’



prō prīncipiis, centuriō Valerius mīlitibus mandāta dabat.

centuriō mīlitibus imperābat ut Modestum Strȳthiōnemque invenīrent.

‘castra Rōmāna oppugnāte!

horrea incendite!’



in silvā proximā, Vercobrix contiōnem apud Britannōs habēbat.

Vercobrix Britannōs incitābat ut castra Rōmāna oppugnārent et horrea incenderent.

Una vez leída esta narración, contesta a las preguntas que le siguen.

sub horreō

Modestus et Strýthiō, ē carcere ēgressī, ad horreum fūgērunt. per aditum angustum rēpsērunt et sub horreō cēlātī manēbant. centuriō Valerius, cum portās cellārum apertās carceremque dēsertum vīdisset, īrātissimus erat. mīlitibus imperāvit ut Modestum et Strýthiōnem caperent. mīlitēs tamen, quamquam per tōta castra 5 quaerēbant, eōs invenīre nōn poterant. illī quīnque diēs mānsērunt cēlātī. sextō diē Modestus tam miser erat ut rem diūtius ferre nōn posset.

Modestus: quam īnfēlix sum! mālim in illō carcere esse potius quam sub hōc horreō latēre. quālis est haec vīta? 10 necesse est mihi grāna quae mūrēs reliquērunt cōnsūmere. adest Strýthiō, comes exiliī, sed mē nōn adiuvat. nam Strýthiō est vir maximī silentiī, minimīque iocī. ēheu! mē taedet huius vītae.

Strýthiō: mī Modeste, difficile est nōbīs sub horreō diūtius 15 manēre. nunc tamen advesperāscit. vīsne mē, ex horreō ēgressum, cibum quaerere? hominibus miserrimīs cibis sōlācium semper affert.

Modestus: id est cōnsilium optimum. nōbīs cēnandum est. Strýthiō, tē huic reī praeficiō. ī prīmum ad coquum. 20 eum iubē cēnam splendidam coquere et hūc portāre. deinde quaere Aulum et Pūblicum, amīcōs nostrōs!

aditum: aditus *acceso*, *entrada*

angustum: angustus *estrecho*

rēpsērunt: rēpere *arrastrarse*, *deslizarse*

imperāvit: imperāre *mandar*, *ordenar*

sextō: sextus *sexto*

mālim *preferiría*

potius *más bien*, *mejor*, *antes*

grāna: grānum *grano*

exiliī: exilium *destierro*, *exilio*

mē taedet *estoy hastiado*, *estoy asqueado*

advesperāscit: advesperāscere
anohecer

sōlācium *alivio*, *consuelo*

affert: afferre *traer*, *aportar*, *producir*

praeficiō: praeficere *poner al frente de*

prīmum *primero*, *en primer lugar*

invītā eōs ad cēnam! iubē Aulum amphoram vīnī ferre,
Pūblicum lucernam āleāsque. tum curre ad vīcum;
Nigrīnam quaere! optima est saltātrīcum; mihi 25
saltātrīcēs quoque sōlācium afferunt.

Strýthiō: quid dīcis? vīsne mē saltātrīcem in castra dūcere?

Modestus: abī caudex!

Strýthiō, ut mandāta Modestī efficeret, invītus discessit. coquō
persuāsit ut cēnam splendidam parāret; Aulō et Pūblicō persuāsit 30
ut vīnum et lucernam āleāsque ferrent; Nigrīnam ōrāvit ut ad
horreum venīret, sed eī persuādēre nōn poterat.

vīcum: vīcus *aldea*

ōrāvit: ōrāre *pedir, rogar*

- 1 ¿Para qué servía un «horreum»? ¿Por que tenía el piso levantado por encima del nivel del suelo? ¿Qué les permitió hacer a Modesto y a Estritiōn esa característica de su construcción?
- 2 ¿Qué se vio obligado a hacer Modesto, transcurridos cinco días?
- 3 ¿Qué circunstancia hizo pensar a Estritiōn que podía salir de allí sin ser capturado?
- 4 ¿Quién va al granero a llevar la comida? ¿Qué traen Aulo y Público? ¿Qué otra persona va a ser invitada a la cena? ¿Adónde hay que ir a buscarla?
- 5 ¿Por qué se dice de Estritiōn «invītus» en la línea 29? ¿Logra éste cumplir todas las instrucciones de Modesto? ¿Qué supones tú que se construía primero, el campamento o el «vīcus»?

Gramática

- 1 En la unidad I te encontraste oraciones como ésta:

‘redīte!’

«¡Volved!»

‘pecūniam trāde!’

«¡Entrega el dinero!»

En cada uno de los ejemplos anteriores se está dando una orden. Estas son las oraciones imperativas que expresan órdenes *directas*.

- 2 En la Escena 27 te has encontrado oraciones como las que siguen:

lĕgātus mīlitibus imperāvit ut redīrent.

El comandante de la legión ordenó a los soldados que volvieran.

latrōnēs mercātōrī imperāvērunt ut pecūniam trāderet.

Los bandidos ordenaron al mercader que entregara el dinero.

En cada uno de estos dos ejemplos no se dan órdenes, sino que se están relatando, narrando unas órdenes. Las proposiciones introducidas por «ut» son órdenes *indirectas*. En estas proposiciones subordinadas el verbo va en subjuntivo.

- 3 Compara los ejemplos siguientes:

imperativas directas imperativas subordinadas o indirectas

‘contendite!’ iuvenis amīcis persuāsit ut contenderent.

«¡Apresuraos!» *El joven convenció a sus amigos de que se apresuraran.*

‘dā mihi aquam!’ captīvus custōdem ōrāvit ut aquam sibi

«¡Dame agua!» daret.
El prisionero pidió al guardián que le diera agua.

‘fuge!’ mē monuit ut fugerem.

«¡Huye!» *Me aconsejó que huyera.*

- 4 Otros ejemplos de imperativas directas y subordinadas o indirectas:

1 nēmō ancillae persuādēre poterat ut saltāret.

2 ‘tacē!’

3 centuriō mihi imperāvit ut tacērem.

4 vōs saepe monēbam ut dīligenter labōrārētis.

5 ‘parcite mihi!’

6 senex nōs ōrābat ut sibi parcerēmus.

7 coquus servīs imperāvit ut vīnum in mēnsam pōnerent.

8 comitēs mercātōrem monuērunt ut ab oppidō clam discēderet.

Modestus prēmōtus

cum Strȳthiō cēnam et amīcōs quaereret, decem Britannī ā Vercobrigē ductī, castrīs cautē appropinquābant. Vercobrix enim eīs persuāserat ut castra oppugnārent. Britannī, postquam custōdēs vītāvērunt, vallum tacitē trāscendērunt et castra intrāvērunt. in manibus facēs tenēbant ut horrea incenderent. celeriter ad horrea 5 advēnērunt quod prius cognōverant ubi sita essent.

Modestus, ignārus adventūs Britannōrum, sub horreō sedēbat. adeō ēsuriēbat ut dē vītā paene dēspērāret. per parvam rīmam prōspiciēbat, redditum Strȳthiōnis exspectāns.

‘trēs hōrās Strȳthiōnem iam exspectō. quid eī accidit?’ 10
subitō manum hominum per tenebrās cōspexit.

‘euge! tandem vērunt amīcī! heus, amīcī, hūc venīte!’

Britannī, cum Modestī vōcem audīvissent, erant tam attonitī, ut immōtī stārent. respondēre nōn audēbant. Vercobrix tamen, quī raucam Modestī vōcem agnōverat, ad comitēs versus, 15

‘nōlīte timēre’, inquit susurrāns. ‘nōtus est mihi hic mīles. stultior est quam asinus. nōbīs nocēre nōn potest.’

tum Britannī per aditum tacitī rēpsērunt. simulatque intrāvērunt, Modestus eīs obviam iit, ut salūtāret.

‘salvēte, amīcī! nunc nōbīs cēnandum ac bibendum est.’ 20

tum Britannus quīdam, vir ingēns, in Modestum incurrit.

‘ō Nigrīna, dēliciae meae!’ clāmāvit Modestus. ‘tē nōn agnōvī! quam longī sunt capillī tuī! age! cōnsīde prope mē! dā mihi ōsculum! quis lucernam habet?’

Vercobrix, cum Modestum lucernam roganter audīvisset, 25 Britannīs imperāvit ut facēs incenderent. Modestus, Vercobrigem Britannōsque cōspicātus, palluit.

‘dī immortalēs!’ inquit. ‘abiit Nigrīna, appāruērunt Britannī! mihi statim effugiendum est.’

Vercobrix tamen suīs imperāvit ut Modestum comprehenderent. 30 ūnus ē Britannīs Modestō appropinquāvit ut dēligāret. fax, tamen, quam tenēbat, tunicam Modestī forte incendit.



‘ēheu!’ ululāvit ille. ‘ardeō! mē dēvorant flammæ!’

tum ē manibus Britannōrum ēlāpsus fūgit praeceps. simulac per
aditum ērūpit, Strȳthiōnī amīcisque occurrit. amphoram vīnī ē 35
manibus Aulī ēripuit et vīnum in tunicam fūdīt.

‘īnsānit Modestus!’ clāmāvit Strȳthiō attonitus.

Modestus tamen, Strȳthiōnis clāmōrum neglegēns, amphoram in
aditum impulit. tum in amphoram innīxus, magnōs clāmōrēs
sustulit.

40

‘subvenīte! subvenīte! Britannōs cēpī!’

statim manus mīlitum, ā Valeriō ducta, ad horrea contendit.

prōmōtus: prōmovēre *ascender*
vallum *empalizada, vallado*
trāscendērunt: trāscendere *pasar*
por encima de
facēs: fax *antorcha*
rīmam: rīma *rendija, resquicio*
prōspiciēbat: prōspicere *mirar,*
observar
versus *vuelto*

obviam iit: obviam īre *ir al encuentro de*
incurrit: incurrere *tropezar con, chocar*
con
suīs: suī *los suyos*
ēripuit: ēripere *arrebatar, quitar*
innīxus *habiéndose apoyado*
subvenīte: subvenīre *socorrer, venir en*
ayuda

tantī erant clāmōrēs Modestī ut tōta castra complērent. praefectus castrōrum ipse accurrit ut causam strepitūs cognōsceret.

Modestus exsultāns ‘īnsidiās Britannīs parāvī’, inquit. 45
 ‘Vercobrix ipse multīs cum Britannīs sub horreō inclūsus est.’

breve erat certāmen. tantus erat numerus mīlitum Rōmānōrum ut Britannōs facile superārent. Rōmānī Britannōs ex horreō extractōs ad carcerem redūxērunt. tum lēgātus legiōnis ipse Modestum arcessītum laudāvit. 50

‘Modeste’, inquit, ‘mīlitem fortiōrem quam tē numquam antea vīdī. sōlus decem hostibus īnsidiās parāvistī. nōs decet praemium tibi dare.’

Modestus, ā lēgātō ita laudātus, adeō gaudēbat ut vix sē continēre posset. pecūniam laetus exspectābat. 55

‘carcerī tē praeficiō’, inquit lēgātus.

praefectus *prefecto*

causam: causa *motivo, razón*

strepitūs: strepitus *ruido, estrépito*

breve: brevis *corto, breve*

certāmen *combate, contienda*

redūxērunt: reducere *llevar de vuelta, hacer volver*

nōs decet *está bien que nosotros, conviene que nosotros*

continēre *contenerse, reprimirse*



Antefija con el nombre y el emblema de la legión XX que estuvo estacionada en Chester desde el 87 d.C.

Gramática

- 1 En la Escena 11 te apareció por primera vez el verbo «placet». Observa de nuevo cómo se usa:

mihi placet hoc dōnum accipere.

Me agrada (me gusta) recibir este regalo.

nōbīs placet.

Nos gusta.

- 2 Los verbos que siguen se usan de manera parecida:

nōs **dece**t praemium Modestō dare.

Está bien (conviene) que nosotros demos una recompensa a Modesto.

mē **taedet** huius vītae.

Estoy hastiado de esta vida.

Rōmānōs numquam **oportet** hostibus crēdere.

Conviene que los romanos no confíen nunca en sus enemigos.

- 3 Estos verbos se conocen como verbos *impersonales*.

- 4 Otros ejemplos:

1 tibi placet?

2 saltātrīcem spectāre volō! mē taedet cibī et vīnī!

3 semper pluit!

4 Britannōs decet extrā aulam manēre.

5 nunc advesperāscit.

6 nōs oportet rēgnum Cogidubnī occupāre.

Ejercicios

- 1 Observa atentamente la forma y el significado de los adjetivos y de los nombres siguientes y di el significado de los que están sin traducir:

altus	<i>alto, profundo</i>	altitūdō	<i>altura, profundidad</i>
magnus	<i>grande</i>	magnitūdō	<i>gran tamaño</i>
pulcher	<i>hermoso</i>	pulchritūdō	
sollicitus		sollicitūdō	
lātus	<i>ancho</i>	lātītūdō	
mānsuētus	<i>amansado, manso</i>	mānsuētūdō	
